Universitätsbibliothek Paderborn

# Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

**Eusebius <Caesariensis>**

**Mogvntiae, 1672**

Evsebii Pamphili Ecclesiasticae Historiae Liber Sextus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

# ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ,

Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας

Λόγος ς'.

# A EVSEBII PAMPHILI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER SEXTUS.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τοῦ κατὰ Σευῆρον διωγμοῦ.

ὩΣ δὲ καὶ Σευῆρος διωγμὸν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐκίνει. λαμπρὰ μὲν τῶν ὑπὲρ B εὐσεβείας ἀθλητῶν ἐν ἁπάσαις ταῖς ἐκκλησίαις κατὰ πάντα τόπον ἀπετελεῖτο μαρτύρια. μάλιστα δ' ἐπλήθυεν ἐπ' Ἀλεξανδρείας· τῶν ἀπ' Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος ἀθλητῶν ἀριστίνδην αὐτόθι ὥσπερ ἐπὶ μέγιστον Θεοῦ παραπεμπομένων στάδιον, διὰ καρτερικωτάτης τε ποικίλων βασάνων καὶ θανάτου τρόπων ὑπομονῆς, τοὺς παρὰ Θεοῦ στεφάνους ἀναδουμένων. ἐν οἷς καὶ Λεωνίδης ὁ λεγόμενος Ὠριγένους πατὴρ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς, νέον κομιδῆ καταλείπει τὸν παῖδα· ὃς δὴ ὁποίας ἐξ ἐκείνου περὶ τὸν θεῖον λόγον προαιρέσεως ἦν, C οὐκ ἄκαιρον διὰ βραχέων διελθεῖν· τοῦ μάλιστα πολλὴν εἶναι παρὰ τοῖς πολλοῖς τὸν περὶ αὐτοῦ βεβοημένον λόγον.

## Caput I.

*De perſecutione ſub Severo.*

POrrò cùm Severus perſecutionem adverſus Eccleſias excitaſſet, per omnes quidem ubique locorum eccleſias ab athletis pro pietate certantibus illuſtria ſunt confecta martyria. Præcipuè tamen Alexandriæ increbruerunt, cùm ex univerſa Ægypto ac Thebaïde lectiſſimi pugiles eo tanquam in ampliſſimum Dei ſtadium deducerentur, & cujuſquemodi tormenta morteſque invicto animo perpeſſi, immortales à Deo coronas acciperent. Inter quos Leonides qui Origenis pater fuiſſe dicitur, capite truncatus, ſupradictum filium admodum adoleſcentem reliquit. Qui quanto animi impetu erga divinam fidem jam inde ab illa ætate fuerit affectus, non erit intempeſtivum paucis commemorare: præſertim cùm ejus fama multis multorum hominum ſermonibus celebretur.

Huc refer Niceph. c. 2. l. 5.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τῆς Ὠριγένους ἐκ παιδὸς ἀσκήσεως.

ΠΟλλὰ μὲν οὖν ἄν τις εἴποι, τὸν βίον τοῦ ἀνδρὸς ἐν σχολῇ παραδοῦναι διὰ γραφῆς πειρώμενος· δέοιτο δ' ἂν καὶ ἰδίας ὑποθέσεως ἡ περὶ αὐτοῦ σύνταξις. ὅμως δ' ἡμεῖς D ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐπιτεμνόμενοι τὰ πλεῖστα, διὰ βραχέων ὡς οἷόν τε ὀλίγα ἄττα τῶν περὶ αὐτὸν διελευσόμεθα. ἔκ τινων ἐπιστολῶν καὶ ἱστορίας τῶν καὶ εἰς ἡμᾶς τῷ βίῳ πεφυλαγμένων αὐτοῦ γνωρίμων, τὰ δηλούμενα φέροντες. Ὠριγένους καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ὡς εἰπεῖν σπαργάνων ἀξιομνημόνευτά μοι εἶναι δοκεῖ. δέκατον μὲν γὰρ ἐπεῖχε Σευῆρος τῆς βασιλείας ἔτος· ἡγεῖτο δὲ Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς λοιπῆς Αἰγύπτου Λαῖτος·

## Caput II.

*De Origenis à puero inſtitutione.*

QUòd ſi quis vitam illius viri accuratè & per otium velit literis tradere, longa profectò oratione opus eſſet: idque argumentum proprium opus flagitaret. Verùm nos inpræſentiarum pleraq; in compendium redigentes, pauca quædam de illo quoad fieri poteſt breviſſimè referemus: partim ex quibuſdam epiſtolis, partim ex ſermonibus ejus diſcipulorum qui ad noſtram uſque ætatem ſuperſtites fuerunt, comperta in medium afferentes. Origenis res etiam à primis, ut ita dicam, incunabulis geſtæ, commemoratione dignæ mihi videntur. Igitur Severo annum Imperii decimum agente, Alexandriæ & totius Ægypti

Huc refer Niceph. c. 3. l. 5.

præfecturam obtinente Læto, epiſcopatum verò Eccleſiarum illarum poſt Juliani obitum Demetrio recens adepto: cùm perſecutionis ardentiſſimum flagraret incendium, atque innumerabiles martyrio coronarentur, Origenis animum adhuc admodum pueri tanta cupido occupavit martyrii, ut ſe periculis ipſis objiceret, & proſilire ultrò atque irruere ad certamen geſtiret. Jamque mors illi ſine dubio proxima imminebat, niſi cæleſtis Dei Providentia plurimorum utilitati conſulens, per matris miniſterium impetum illius cohibuiſſet. Ac mater quidem primùm verbis ſupplicando rogabat, ut materni affectus reverentia moveretur. Sed cùm illum vehementiùs incitatum vidiſſet, ex quo patrem comprehenſum in vinculis detineri intellexerat (quippe poſthac toto animi impetu ad martyrium ferebatur) abſcondita omni illius veſte, domi manere invitum coëgit. Igitur ille nihil aliud ſibi relictum eſſe animadvertens, cùm ſupra ætatem cupiditas intenderetur: quietis impatiens, literas ad patrem miſit quibus illum ad martyrium vehementiſſimè cohortabatur, his inter cetera verbis eum admonens: Cave mi pater, ne noſtrâ causâ ſententiam mutes. Atque hoc primum puerilis ejus indolis, & ſinceriſſimi erga divinam Religionem affectus ſpecimen à nobis commemoratum ſit. Jamtum enim fidei noſtræ doctrinam non vulgariter imbiberat, utpotè in divinis Scripturis jam inde à puero exercitatus. Neque verò in his mediocriter erat verſatus, cùm præter liberalium diſciplinarum ſtudia, etiam ſacris literis non perfunctoriè pater illum erudiviſſet. Quippe ante Græcarum literarum ſtudium, ſacris eum diſciplinis exerceri præcipiebat: quoſdam divinæ Scripturæ locos memoriæ mandare ac recitare quotidie illum jubens. Nec verò pueri animus ab his abhorrebat, ſed libentiſſimè in hujuſmodi ſtudia incumbebat. Adeò ut ſimplici & obvia ſacrarum literarum lectione minimè contentus, majus aliquid inquireret, & profundiores jamtum ſenſus ſcrutaretur. Proindè patri faceſſebat negotium, ſciſcitans ex illo quid ſententia divinitùs inſpiratæ Scripturæ ſignificaret. Ille verò

A τῶν δ' αὐτόθι παροικιῶν τὴν ἐπισκοπὴν νεωστὶ
τότε μετὰ Ἰουλιανὸν Δημητρίου ὑπειληφότος,
μέγα δὴ οὖν τοῦ διωγμοῦ πυρκαϊᾶς ἀναφθεί-
σης, καὶ μυρίων ὅσων τοῖς κατὰ τὸ μαρτύριον ἀνα-
δουμένων στεφάνοις, ἔρως τοσοῦτος μαρτυρίου
τὴν Ὠριγένους ἔτι κομιδῇ παιδὸς ὑπάρχουσαν
κατεῖχε ψυχήν, ὡς ὁμόσε τοῖς κινδύνοις
χωρεῖν, προπηδᾶν τε καὶ ὁρμᾶν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα
προθύμως ἔχειν. ἤδη γέ τοι μικροῦ ὅσον αὐτῷ
καὶ τὰ τῆς ἀπὸ τοῦ βίου ἀπαλλαγῆς οὐ πόρρω κα-
θίστατο, μὴ οὐχὶ τῆς θείας καὶ οὐρανίου προνοίας
B εἰς τὴν πλείστων ὠφέλειαν διὰ τῆς αὐτοῦ μητρὸς
ἐμποδὼν αὐτῷ τῆς προθυμίας ἐνστάσης. αὕτη
μὲν οὖν τὰ μὲν πρῶτα λόγοις ἱκετεύουσα, τῆς
περὶ αὐτὸν μητρικῆς διαθέσεως φειδὼ λαβεῖν
παρεκάλει. σφοδρότερον δ' ἐπιτείνοντα θεα-
σαμένη. ὅτε γνοὺς ἁλόντα τὸν πατέρα δεσμω-
τηρίῳ φυλάττεσθαι, ὅλος ἐγίνετο τῆς περὶ τὸ
μαρτύριον ὁρμῆς. τὴν πᾶσαν αὐτοῦ ἀποκρυ-
ψαμένη ἐσθῆτα, οἴκοι μένειν ἀνάγκην ἐπῆ-
γεν. ὁ δὲ, ὡς οὐδὲν ἄλλο πράττειν αὐτῷ παρῆν,
τῆς προθυμίας ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν ἐπιτεινο-
μένης. οὐχ οἷός τε ὢν ἠρεμεῖν, διαπέμπεται τῷ
C πατρὶ προτρεπτικωτάτην περὶ μαρτυρίου
συντάξας ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ κατὰ λέξιν αὐτῷ πα-
ραινεῖ λέγων· ἔπεχε. μὴ δι' ἡμᾶς ἄλλο τι φρο-
νήσῃς. τοῦτο πρῶτον τῆς Ὠριγένους παιδικῆς
ἀγχινοίας, καὶ περὶ τὴν θεοσέβειαν γνησιωτάτης
διαθέσεως, ἀνάγραπτον ἔστω τεκμήριον. καὶ γὰρ
ἤδη καὶ τῶν τῆς πίστεως λόγων οὐ σμικρὰς ἀφορ-
μὰς καταβέβλητο, ταῖς θείαις γραφαῖς ἐξέτι
παιδὸς ἐνησκημένος. οὐ μετρίως γοῦν καὶ περὶ
ταύτας ἐπεπόνητο, τοῦ πατρὸς αὐτῷ πρὸς τῇ
τῶν ἐγκυκλίων παιδείᾳ, καὶ τούτων οὐ κατὰ πά-
ρεργον τὴν φροντίδα πεποιημένου. ἐξ ἅπαν-
D τος γοῦν αὐτὸν, πρὸ τῆς τῶν ἑλληνικῶν μα-
θημάτων μελέτης, ἐνῆγε τοῖς ἱεροῖς ἐνασκεῖ-
σθαι παιδεύμασιν. ἐκμαθήσεις καὶ ἀπαγ-
γελίας ἡμέρας ἑκάστης αὐτὸν εἰσπραττόμε-
νος. οὐκ ἀπροαιρέτως δὲ ταῦτα ἐγίνετο τῷ
παιδὶ, ἀλλὰ καὶ ἄγαν προθυμότατα περὶ ταῦ-
τα πονοῦντι· ὡς μὴ δ' ἐξαρκεῖν αὐτῷ τὰς
ἁπλᾶς καὶ προχείρους τῶν ἱερῶν λόγων
ἐντεύξεις· ζητεῖν δέ τι πλέον καὶ βαθυτέ-
ρας ἤδη ἐξ ἐκείνου πολυπραγμονεῖν θεω-
ρίας. ὥστε πράγματα παρέχειν τῷ πατρὶ, τί ἄρα ἐθέλοι δηλοῦν τὸ τῆς θεοπνεύ-
στου γραφῆς ἀναπυνθανόμενος βούλημα. ἐκεῖνος δὲ τῷ μὲν δοκεῖν εἰς πρό-

SEVERUS.

σκοπὸν ἐπέπληττεν αὐτῷ, μηδὲν ὑπὲρ ἡλικίαν μηδὲ τῆς προφανοῦς διανοίας περαιτέρω τι ζητεῖν παραινῶν· ἰδίως δὲ παρ᾽ ἑαυτῷ τὰ μεγάλα γεγηθὼς, τὴν μεγίστην ὡμολόγει τῷ πάντων ἀγαθῶν αἰτίῳ Θεῷ χάριν, ὅτι δὴ αὐτὸν τοιοῦδε πατέρα γενέσθαι παιδὸς ἠξίωσεν. ἐπιστάντα δὲ ἤδη πολλάκις καθεύδοντι τῷ παιδὶ, γυμνῶσαι μὲν αὐτοῦ τὰ στέρνα φασίν· ὥσπερ δὲ θείου πνεύματος ἔνδον ἐν αὐτοῖς ἀφιερωμένου, φιλῆσαί τε σεβασμίως, καὶ τῆς εὐτεκνίας μακάριον ἑαυτὸν ἡγήσασθαι. ταῦτα καὶ ἕτερα τούτοις συγγενῆ, περὶ παῖδα ὄντα τὸν Ὠριγένην γενέσθαι μνημονεύουσιν. ὡς δὲ ἤδη αὐτῷ ὁ πατὴρ μαρτυρίῳ τετελείωτο. ἔρημος ἅμα μητρὶ καὶ βραχυτέροις ἀδελφοῖς τὸν ἀριθμὸν ἕξ, ἑπτακαιδέκατον οὐ πλῆρες ἄγων ἔτος καταλείπεται. τῆς γε μὴν τοῦ πατρὸς περιουσίας τοῖς βασιλικοῖς ταμείοις ἀναληφθείσης, ἐν σπάνει τῶν κατὰ τὸν βίον χρειῶν σὺν τοῖς προσήκουσι καταστὰς, οἰκονομίας τῆς ἐκ Θεοῦ καταξιοῦται· καὶ τυγχάνει δεξιώσεως ὁμοῦ καὶ ἀναπαύσεως, παρά τινι πλουσιωτάτῃ μὲν τὸν βίον καὶ τὰ ἄλλα περιφανεστάτῃ γυναικί. διαβόητον γε μὴν ἄνδρα περιεπούσῃ τῶν τότε ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας αἱρεσιωτῶν· τὸ γένος δ᾽ ἦν οὗτος Ἀντιοχεὺς· θετὸν δὲ αὐτὸν υἱὸν εἶχε σὺν ἑαυτῇ, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα περιεῖπεν ἡ δεδηλωμένη. ἀλλὰ τούτῳ γε ἐπάναγκες ὁ Ὠριγένης συνὼν, τῆς ἐξ ἐκείνου περὶ τὴν πίστιν ὀρθοδοξίας ἐναργῆ παρείχετο δείγματα· ὅτι δὴ μυρίου πλήθους διὰ τὸ δοκεῖν ἱκανὸν ἐν λόγῳ τοῦ Παύλου. τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ ἀνδρί. συναγομένου παρ᾽ αὐτῷ οὐ μόνον αἱρετικῶν, ἀλλὰ καὶ ἡμετέρων. οὐδεπώποτε προσετράπη κατὰ τὴν εὐχὴν αὐτῷ συστῆναι· φυλάττων ἐξ ἔτι παιδὸς κανόνα ἐκκλησίας, βδελυττόμενός τε, ὡς αὐτῷ ῥήματί φησί που αὐτὸς, τὰς τῶν αἱρέσεων διδασκαλίας. προαχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐν τοῖς Ἑλλήνων μαθήμασιν, ἐκθυμότερόν τε καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν τῇ περὶ τοὺς λόγους ἀσκήσει ὅλον ἐπιδοὺς ἑαυτὸν, ὡς καὶ παρασκευὴν ἐπὶ τὰ γραμματικὰ μετρίαν ἔχειν, μετ᾽ οὐ πολὺ τῆς τοῦ πατρὸς τελειώσεως τούτοις ἐπιδεδωκὼς ἑαυτὸν, εὐπόρει τῶν ἀναγκαίων ὡς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡλικίᾳ δαψιλῶς.

A coram quidem & in ſpeciem puerum objurgabat: monens ne ſupra captum ætatis, neve ultra obvium & apertum Scripturæ ſenſum quicquam requireret. Clam tamen apud ſe ſingulari gaudio perfuſus, Deo bonorum omnium auctori gratias agebat maximas, quòd ſe talis filii parentem efficere dignatus fuiſſet. Ac ſæpenumerò dormientis pueri cubiculum ingreſſus, pectus ejus nudaſſe dicitur, & velut quoddam divini Spiritus ſacrarium religioſè illud deoſculatus,
B ſemetipſum beatum ejuſmodi ſobole prædicaſſe. Hæc & alia ſimilia de Origene etiamtum puero referuntur. Ceterùm patre martyrii coronam adepto, ipſe cum matre & parvulis fratribus numero ſex orbus relictus eſt, annum agens ætatis ſeptimum decimum. Et quoniam facultates patris in fiſcum Principis illatæ fuerant, ad ſummam omnium rerum penuriam unà cum neceſſitudinibus ſuis redactus, divinæ Providentiæ meruit auxilium. Exceptus enim & refocillatus eſt à matrona
C quadam opulentiſſima & alioqui eximia; ſed quæ celeberrimum quemdam virum Antiochia oriundum, hæreticorum qui tunc erant Alexandriæ propugnatorem fovebat. Quem quidem mulier adoptivum filium ſecum domi habens, mirum in modum complectebatur. Sed Origenes tametſi cum ſupradicto viro neceſſitate compulſus verſaretur, ex eo tamen tempore ſuæ in recta fide retinenda conſtantiæ illuſtriſſimum ſpecimen edidit. Siquidem innumerabili multitudine non hæreticorum modò, ſed etiam noſtrorum ad Paulum (hoc enim illi viro nomen fuit) quotidie confluente, eo quod eloquentia excellere videretur: ipſe nunquam
D adduci potuit ut cum Paulo in precatione conſiſteret: Eccleſiæ ſcilicet regulam ſervans à puero, & ut ipſemet alicubi loquitur, abominatus hæreticorum dogmatum prædicationem. Porrò cùm græcanicis diſciplinis primum à patre imbutus fuiſſet, & poſt ejuſdem obitum totum ſe liberalibus ſtudiis vehementius addixiſſet, adeo ut ſufficientem uſum ac peritiam artis Grammaticæ aſſecutus videretur: paulò poſt patris mortem eam artem profeſſus, neceſſaria vitæ ſubſidia abundè, ut in illa ætate, ſibi comparavit.

A

## Caput III.

*Quomodo adhuc admodum adoleſcens verbum Dei prædicavit.*

Huc refer Niceph. c. 4. & 5. l. 5.

INtereà verò cùm nemo ſupereſſet Alexandriæ qui tradendis fidei noſtræ rudimentis operam daret, omnibus ob perſecutionis metum pulſis ac fugatis, quidam ex Gentilibus ipſum ſcholæ etiamtùm vacantem atque affixum, ut de ſe alicubi ſcribit, adierunt, verbum Dei ex eo audituri. Inter quos primum fuiſſe teſtatur Plutarchum: qui poſt vitam honeſtè tranſactam, ſacro etiam martyrio coronatus eſt. Secundum Heraclam ejuſdem Plutarchi fratrem: qui cùm ipſe quoque Philoſophicæ vitæ ac diſtrictioris cujuſdam diſciplinæ documenta plurima apud ipſum præbuiſſet, poſt mortem Demetrii Alexandrinæ urbis epiſcopatu dignus eſt habitus. Annum porrò ætatis octavum decimum agebat, tunc cùm catechumenis inſtituendis præfectus eſt. Quo in munere maximos fecit progreſſus tempore perſecutionum illarum quæ Aquilâ præfecturam gerente Alexandriæ contigerunt. Tunc ſiquidem apud univerſos fideles maximam nominis celebritatem adeptus eſt, ob ſedula benevolentiæ atque humanitatis officia, quæ omnibus ſanctis Dei martyribus notis pariter atque ignotis promptiſſimè exhibebat. Neque enim illis hactenus comes aderat, dum in vinculis eſſent, aut dum ad extremam uſq; ſententiam interrogarentur: ſed poſt latam quoque ſententiam, cùm ſanctiſſimi martyres ad ſupplicium adducerentur, ipſe incredibili fiducia præditus, & pericula ipſa provocans adſtabat. Adeo ut ſæpenumero cùm audacter accederet, & martyres ſumma cum libertate oſculo ſalutaret, ab inſana Gentilium multitudine circunſtante lapidibus jamjam obruendus videretur, niſi dextram divini Numinis ſemel adjutricem nactus, præter opinionem omnium evaſiſſet. Eadem illa divina ac cæleſtis gratia illum multis tunc inſidiis appetitum ob fiduciam atque alacritatem in prædicanda Chriſti fide, aliàs iterum atque aliàs, nec dici poteſt quoties liberavit. Porrò Gentiles adeo cruentum ei bellum indixerant, ut in unum collecti ac conglobati domum in qua manebat, diſpoſitis militibus obſiderent, ob mul-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

*Ὡς κομιδῇ νέος ὢν τὸν Χριστοῦ λόγον ἐπρέσβευεν.*

ΣΧολάζοντι δὲ τῇ διατριβῇ, ὥς που καὶ αὐτὸς ἐγγράφως ἱστορεῖ, μηδενός τε ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας τῷ κατηχεῖν ἀνακειμένου, πάντων δὲ ἀπεληλαμένων ὑπὸ τῆς ἀπειλῆς τοῦ διωγμοῦ, προσήεσαν αὐτῷ τινὲς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἀκουσόμενοι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. ὧν πρῶτον ἐπισημαίνεται γεγονέναι Πλούταρχον. ὃς μετὰ τὸ βιῶναι καλῶς, καὶ μαρτυρίῳ θείῳ κατεκοσμήθη· δεύτερον Ἡρακλᾶν τοῦ Πλουτάρχου ἀδελφόν.
B ὃς δὴ καὶ αὐτὸς παρ' αὐτῷ πλείστην φιλοσόφου βίου καὶ ἀσκήσεως ἀπόδειξιν παρασχὼν, τῆς Ἀλεξανδρέων μετὰ Δημήτριον Ἐπισκοπῆς ἀξιοῦται. ἔτος δ' ἦγεν ὀκτωκαιδέκατον, καθ' ὃ τῆς κατηχήσεως προέστη διδασκαλείου. ἐν ᾧ καὶ προὔκοπτεν ἐπὶ τῶν κατὰ Ἀκύλαν τῆς Ἀλεξανδρείας ἡγούμενον διωγμῶν. ὅτε καὶ μάλιστα διαβόητον ἐκτήσατο παρὰ πᾶσι τοῖς ἀπὸ τῆς πίστεως ὁρμωμένοις τοὔνομα, δι' ἣν ἐν-
C εδείκνυτο πρὸς ἅπαντας τοὺς ἁγίους ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους μάρτυρας δεξίωσίν τε καὶ προθυμίαν. οὐ μόνον γὰρ ἐν δεσμοῖς τυγχάνουσιν, οὐδὲ μέχρις ὑστάτης ἀποφάσεως ἀνακρινομένοις συνῆν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταύτην ἀπαγομένοις τὴν ἐπὶ θανάτῳ τοῖς ἁγίοις μάρτυσι πολλῇ τῇ παρρησίᾳ χρώμενος, καὶ ὁμόσε τοῖς κινδύνοις χωρῶν. ὥστε ἤδη αὐτὸν προσιόντα θαρσαλέως, καὶ τοὺς μάρτυρας μετὰ πολλῆς παρρησίας φιλήματι προσαγορεύοντα, πολλάκις ἐπιμανεὶς ὁ ἐν κύκλῳ τῶν ἐθνῶν δῆμος, μικροῦ δεῖν κατέλευσεν, εἰ μὴ
D τῆς θείας δεξιᾶς βοηθοῦ καθάπαξ τυχὼν, παραδόξως διεδίδρασκεν. ἡ δ' αὐτὴ θεία καὶ οὐράνιος χάρις, ἄλλοτε πάλιν καὶ πάλιν, καὶ οὐδ' ἔστιν ὁσάκις εἰπεῖν, τῆς ἄγαν περὶ τὸν Χριστοῦ λόγον προθυμίας τε καὶ παρρησίας ἕνεκεν, τηνικαῦτα ἐπιβουλευόμενον αὐτὸν διεφύλαττε. τοσοῦτος δ' ἦν ἄρα τῶν ἀπίστων ὁ πρὸς αὐτὸν πόλεμος, ὡς καὶ συστροφὰς ποιησαμένους, στρατιώτας αὐτῷ περὶ τὸν οἶκον ἔνθα κατέμενεν ἐπιστῆσαι, διὰ τὸ πλῆθος τῶν τὰ τῆς ἱερᾶς πίστεως κατηχουμένων παρ' αὐτῷ. οὕτω

δὲ ὁσημέραι ὁ κατ' αὐτοῦ διωγμὸς ἐξεκάετο. ὡς μηκέτι χωρεῖν αὐτὸν τὴν πᾶσαν Ἀλεξανδρέων πόλιν. οἴκους μὲν ἐξ οἴκων ἀμείβοντα, πανταχόθεν δὲ ἐλαυνόμενον, τῆς πληθύος ἕνεκεν τῶν δι' αὐτοῦ τῇ θείᾳ προσιόντων διδασκαλίᾳ· ἐπεὶ καὶ τὰ κατὰ πρᾶξιν ἔργα αὐτοῦ, γνησιωτάτης φιλοσοφίας κατορθώματα ἐν μάλα θαυμαστὰ περιεῖχεν. οἷον γοῦν τὸν λόγον, τοιόνδε φασὶ τὸν τρόπον· καὶ οἷον τὸν τρόπον, τοιόνδε καὶ τὸν λόγον ἐπεδείκνυτο. διὸ δὴ μάλιστα συναιρομένης αὐτῷ δυνάμεως θείας, μυρίους ἐνῆγεν ἐπὶ τὸν αὐτοῦ ζῆλον. ἐπειδὴ δὲ ἑώρα φοιτητὰς ἤδη πλείους προσιόντας, αὐτῷ μόνῳ τῆς τοῦ κατηχεῖν διατριβῆς ὑπὸ Δημητρίου τοῦ τῆς ἐκκλησίας προεστῶτος ἐπιτετραμμένης, ἀσύμφωνον ἡγησάμενος τὴν τῶν γραμματικῶν λόγων διδασκαλίαν τῇ πρὸς τὰ θεῖα παιδεύματα ἀσκήσει. μὴ μελλήσας, ἀπορρήγνυσιν ἅτε ἀνωφελῆ καὶ τοῖς ἱεροῖς μαθήμασιν ἐναντίαν τὴν τῶν γραμματικῶν λόγων διατριβήν. εἶτα λογισμῷ καθήκοντι ὡς ἂν μὴ χρήζοι τῆς παρ' ἑτέρων ἐπικουρίας ἐνδεής, ὅσαπερ ἦν αὐτῷ λόγων ἀρχαίων πρότερον συγγράμματα φιλοκάλως ἐσπουδασμένα μεταδούς, τοῖς ὑπὸ τοῦ ταῦτα ἐωνημένου φερομένοις αὐτῷ τέτταρσιν ὀβολοῖς τῆς ἡμέρας ἠρκεῖτο· πλείστοις τε ἔτεσι τοῦτον φιλοσοφῶν διετέλει τὸν τρόπον, πάσας ὕλας νεωτερικῶν ἐπιθυμιῶν ἑαυτοῦ περιαιρούμενος. καὶ διὰ πάσης μὲν ἡμέρας οὐ σμικροὺς ἀσκήσεως καμάτους ἀνατλῶν· καὶ τῆς νυκτὸς δὲ τὸν πλείονα χρόνον ταῖς τῶν θείων γραφῶν ἑαυτὸν ἀνατιθεὶς μελέταις· βίῳ τε ὡς ἐνὶ μάλιστα ἐγκαρτερῶν φιλοσοφωτάτῳ· τοτὲ μὲν τοῖς ἐν ἀσιτίαις γυμνασίοις ἐνασκούμενος. τοτὲ δὲ μεμετρημένοις τοῖς κατὰ τὸν ὕπνον καιροῖς. οὐ μεταλαμβάνειν οὐδ' ὅλως ἐπὶ στρωμνῆς, ἀλλ' ἐπὶ τοὔδαφος διὰ σπουδῆς ἐποιεῖτο. πάντων δὲ μάλιστα τὰς εὐαγγελικὰς τοῦ Σωτῆρος φωνὰς φυλακτέας εἶναι ᾤετο δεῖν, τάς τε περὶ τοῦ μὴ δύο χιτῶνας μηδ' ὑποδήμασι χρᾶσθαι παραινούσας, μὴ δὲ μὴν ταῖς περὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου φροντίσι κατατρίβεσθαι. ἀλλὰ καὶ μείζονι τῆς ἡλικίας προθυμίᾳ χρώμενος, ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι διακαρτερῶν, εἰς ἄκρον τε ὑπερβαλλούσης ἀκτημοσύνης

A titudinem eorum qui ſacræ fidei rudimenta ab ipſo percipiebant. Perſecutionis autem furor tantoperè adverſus eum accendebatur in dies, ut tota Alexandrinorum civitas ulteriùs ipſum capere non poſſet; dum ex aliis quidem ædibus in alias migrat: undique verò exagitatus fugatur, propter ingentem numerum eorum quos ipſe ad doctrinam divinæ fidei pertrahebat. Quippè quotidiani ejus actus, veriſſimæ cujuſdam Philoſophiæ & admirabilis diſciplinæ abſolutiſſima opera videbantur. Atque, ut vulgò dicitur, qualis oratio, B talis ejus vita: qualis vita, talis oratio ejus fuit. Quam potiſſimùm ob cauſam cùm divina virtus eum adjuvaret, alios quoque innumerabiles ad imitationem ſui provocavit. Cùm verò plures quotidiè diſcipulos accedentes videret, propterea quòd catechumenorum inſtitutio ipſi ſoli mandata fuerat à Demetrio Epiſcopo: ratus Grammaticæ artis profeſſionem cum divinæ fidei inſtitutione minimè conſentire, ſcholam Grammaticæ literaturæ utpotè inutilem & ſacris diſciplinis contrariam, ſine ulla cunctatione abjecit. Deindè C prudenti conſilio uſus, ne alieno ſubſidio opus haberet, venditis priſcæ doctrinæ Voluminibus quæ penes ſe habebat elegantiſſimè elaborata, contentus fuit quatuor obolis qui ab emptore Voluminum ipſi in dies ſingulos pendebantur. Hujuſmodi diſciplina & planè Philoſophica ratione vivendi, pluribus deinceps annis uti perſeveravit, omnes juvenilium cupiditatum illecebras undique ſubmovens. Ac diurno quidem tempore graviſſimos cujuſquemodi exercitationum labores tolerabat: noctis verò maximam partem divinarum Scripturarum ſtudiis impendebat, ſeveriſſimæ quoad poterat Philoſophiæ legibus inſtitutiſque ſemetipſum coercens. Quippè interdiu quidem jeju- D niorum exercitationibus inſudabat: noctu verò ſomni ſpatium dimetiebatur, cumque non in ſtrato, ſed ſuper nudo ſolo capere ſatagebat. Maximè verò Evangelica illa Servatoris noſtri præcepta obſervanda eſſe ducebat, quibus monemur, tum ne duas tunicas habeamus, neve calceamentis utamur; tùm ne de craſtino nimium ſolliciti noſmetipſos excruciemus. Sed & majore quàm ætas ferebat animi ardore, in frigore ac nuditate perſtans, & ad ſummum evangelicæ paupertatis cul-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

men evectus, familiares ſuos ingenti admiratione perculit. Ac multos quidem ex ipſis incredibili dolore affecit, qui bona ſua cum ipſo partiri optabant, cùm illum divinæ prædicationis gratia tantos labores ſuſtinentem viderent. Verumtamen de vigore tolerantiæ nihil unquam remiſit. Multos item per annos nudis veſtigiis ambulaſſe dicitur, nullo penitus calceamento uſus. Vino quoque & aliis rebus quæ ad victum minus neceſſariæ ſunt, diutiſſimè abſtinuit: uſque adeò ut pectus ipſius in graviſſimum ſubverſionis labiſque diſcrimen incideret. Hujuſmodi ergò Philoſophicæ vitæ exempla omnibus ſpectanda præbens, plures ex diſcipulis ad imitationem ſui meritò provocavit: ita ut multi ex Gentilibus tùm in omni genere doctrinæ, tùm in Philoſophia præſtantiſſimi, ejus ſe magiſterio ſubmitterent. Qui cùm fidem Chriſti ſincerè atque intimo mentis affectu ab ipſo accepiſſent, perſecutionis illius tempore inclaruerunt: uſque adeo ut quidam ex ipſis comprehenſi, martyrio perfuncti ſint.

A ἐλαιῶν, τοὺς ἀμφ᾿ αὐτὸν εἰς τὰ μάλιστα κατέπληττε· μυρίους μὲν ὅσους λυπῶν εὐχομένους αὐτῷ κοινωνεῖν τῶν ὑπαρχόντων, δι᾿ οὓς ἑώρων αὐτὸν εἰσφέροντα περὶ τὴν θείαν διδασκαλίαν καμάτους. οὐ μὴν αὐτός γε ἐνεδίδου ταῖς καρτερίαις. λέγεται γοῦν καὶ πλειόνων ἐτῶν γυμνοῖς ποσὶ πεπατηκέναι, μηδενὶ μηδαμῶς κεχρημένος ὑποδήματι. ἀλλὰ καὶ οἴνου χρήσεως καὶ τῶν ἄλλων παρὰ τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν πλείστοις ἔτεσιν ἀπεσχημένος. ὥστε ἤδη εἰς κίνδυνον ἀνατροπῆς καὶ διαφθορᾶς τοῦ θώρακος περιπεσεῖν. τοιαῦτα δὴ φιλοσόφου βίου τοῖς θεωμένοις παρέ- B χων ὑποδείγματα, εἰκότως ἐπὶ τὸν ὅμοιον αὐτῷ ζῆλον πλείους παρώρμα τῶν φοιτητῶν. ὥστε ἤδη καὶ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν, τῶν τε ἀπὸ παιδείας καὶ φιλοσοφίας, οὐ τοὺς τυχόντας ὑπάγεσθαι τῇ δι᾿ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ. οἷς καὶ αὐτοῖς γνησίως ἐν βάθει ψυχῆς τὴν εἰς τὸν θεῖον λόγον πίστιν δι᾿ αὐτοῦ παραδεχομένοις, διαπρέπειν συνέβαινε κατὰ τὸν τότε τοῦ διωγμοῦ καιρόν. ὡς καί τινας αὐτῶν ἁλόντας, μαρτυρίῳ τελειωθῆναι.

## Caput IV.

*Quot ab illo fidei rudimentis inſtituti, ad martyrium evecti ſint.*

Huc refer Niceph. c. 6. & 7. l. 5.

Horum primus fuit is quem paulò ſuprà memoravimus Plutarchus. Qui cùm ad mortem duceretur, iterum hic de quo loquimur Origenes, dum Plutarcho ad extremum uſque vitæ terminum individuus adhæret, parum abfuit quin ab illius occideretur civibus, utpote qui necis illius auctor fuiſſet. Verùm divina Providentia tunc quoque illum conſervavit. Poſt Plutarchum ſecundus ex Origenis diſcipulis martyr fuit Serenus: qui fidem quam acceperat, igne examinatam ac probatam exhibuit. Tertius ex eadem ſchola martyr exſtitit Heraclides, ac deindè quartus Heron: ambo ſecuri percuſſi. Prior dum adhuc eſſet catechumenus: alter verò neophytus. Præter hos quintus ex eodem auditorio Chriſtianæ pietatis athleta, victor renuntiatus eſt Serenus priori illi cognominis: qui cùm plurimos cruciatus fortiſſimè pertuliſſet, tandem capite truncatus fuiſſe dicitur. Sed & ex mulierum numero Heraïs quedam adhuc catechumena, per ignem ut ipſe alicubi dicit, baptiſmum adepta, ex hac luce migravit.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δʹ.

C *Ὅσοι δὲ αὐτοῦ κατηχηθέντες προήχθησαν μάρτυρες.*

Πρῶτος μὲν οὖν τούτων ὁ μικρῷ πρόσθεν δηλωθεὶς Πλούταρχος ἦν· οὗ τὴν ἐπὶ θάνατον ἀπαγομένου, σμικροῦ δεῖν αὖθις ὁ περὶ οὗ ὁ λόγος συμπαρὼν αὐτῷ εἰς ὑστάτην τοῦ βίου τελευτήν, ὑπὸ τῶν αὐτοῦ πολιτῶν ἀνῄρητο, ὡς αἴτιος αὐτῷ πεφηνὼς τοῦ θανάτου. Θεοῦ δὲ αὐτὸν ἐτήρει καὶ τότε βουλή. μετὰ δὲ Πλούταρχον δεύτερος τῶν Ὠριγένους φοιτητῶν μάρτυς ἀναδείκνυται Σερῆνος, διὰ πυρὸς τὴν δοκιμὴν D ἧς παρειλήφει πίστεως παρεσχημένος. τῆς δ᾿ αὐτῆς διατριβῆς τρίτος καθίσταται μάρτυς Ἡρακλείδης. καὶ ἐπὶ τούτῳ τέταρτος Ἥρων· ὁ μὲν πρότερος ἔτι κατηχούμενος, ὁ δὲ νεοφώτιστος, τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντες. ἔτι πρὸς τούτοις τῆς αὐτῆς σχολῆς πέμπτος ἀθλητὴς τῆς εὐσεβείας ἀνακηρύττεται ἕτερος τοῦ πρώτου Σερῆνος· ὃν μετὰ πλείστην βασάνων ὑπομονήν, κεφαλῆς ἀποτομῇ κολασθῆναι λόγος ἔχει. γυναικῶν δὲ Ἡραῒς ἔτι κατηχουμένη, τὸ βάπτισμα, ὥς πού φησιν αὐτός, τὸ διὰ πυρὸς λαβοῦσα, τὸν βίον ἐξελήλυθεν.

A

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ Ποταμιαίνης.

Ἕβδομος δ' ἐν τούτοις ἀριθμείσθω Βασιλείδης, τὴν περιβόητον Ποταμίαιναν ἀπαγαγών. περὶ ἧς, πολὺς ὁ λόγος εἰσέτι νῦν παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις ᾄδεται, μυρία μὲν ὑπὲρ τῆς τοῦ σώματος ἁγνείας τε καὶ παρθενίας ἐν ᾗ διέπρεψε, πρὸς ἐραστὰς ἀγωνισαμένης. καὶ γὰρ δὴ αὐτῇ ἀκμαῖον πρὸς τῇ ψυχῇ καὶ τὸ τοῦ σώματος ὡραῖον ἐπήνθει. μυρία δ' ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἀνατλάσης. καὶ τέλος μετὰ δεινὰς καὶ φρικτὰς εἰπεῖν βασάνους, ἅμα τῇ μητρὶ Μαρκέλλῃ διὰ πυρὸς τελειωθείσης. φασὶ γὰρ τὸν δικαστήν, Ἀκύλας ἦν τούτῳ ὄνομα, χαλεπὰς ἐπιθέντα αὐτῇ κατὰ παντὸς τοῦ σώματος αἰκίας, τέλος ἐφ' ὕβρει τοῦ σώματος μονομάχοις αὐτὴν ἀπειλῆσαι παραδοῦναι· τὴν δὲ βραχύ τι πρὸς ἑαυτὴν ἐπισκεψαμένην, ἐρωτηθεῖσαν ὅ κρίνειε, τοιαύτην δοῦναι ἀπόκρισιν, δι' ἧς ἐδόκει νενομισμένον τι αὐτοῖς ἀσεβὲς ἀποφθέγξασθαι. ἅμα δὲ λόγῳ τὸν τῆς ἀποφάσεως ὅρον καταδεξαμένην, ὁ Βασιλείδης εἷς τις ὢν τῶν ἐν στρατείαις ἀναφερομένων, ἀπάγει παραλαβὼν τὴν ἐπὶ θανάτῳ. ὡς δὲ τὸ πλῆθος ἐνοχλεῖν αὐτῇ καὶ ἀκολάστοις ἐνυβρίζειν ῥήμασιν ἐπειρᾶτο, ὁ μὲν ἀνεῖργεν ἀποσοβῶν τοὺς ἐνυβρίζοντας, πλεῖστον ἔλεον καὶ φιλανθρωπίαν εἰς αὐτὴν ἐνδεικνύμενος· ἡ δὲ τῆς περὶ αὐτὴν συμπαθείας ἀποδεξαμένη τὸν ἄνδρα, θαρρεῖν παρακελεύεται. ἐξαιτήσεσθαι γὰρ αὐτὸν ἀπελθοῦσαν, παρὰ τοῦ ἑαυτῆς κυρίου, καὶ οὐκ εἰς μακρὸν τῶν εἰς αὐτὴν πεπραγμένων τὴν ἀμοιβὴν ἀποτίσειν αὐτῷ. ταῦτα δὲ εἰποῦσαν, γενναίως τὴν ἔξοδον ὑποστῆναι, πίττης ἐμπόρου κατὰ διάφορα μέρη τοῦ σώματος ἀπ' ἄκρων ποδῶν καὶ μέχρι κορυφῆς ἠρέμα καὶ κατὰ βραχὺ περιχυθείσης αὐτῇ. καὶ ὁ μὲν τῆς ἀοιδίμου κόρης, τοιοῦτος κατηγώνιστο ἆθλος· οὐ μακρὸν δὲ χρόνον διαλιπὼν ὁ Βασιλείδης, ὅρκον διά τινα αἰτίαν πρὸς τῶν συστρατιωτῶν αἰτηθείς, μὴ ἐξεῖναι αὐτῷ τὸ παράπαν ὀμνύναι διεβεβαιοῦτο. χριστιανὸν γὰρ ὑπάρχειν, καὶ τοῦτο ἐμφανῶς ὁμολογεῖν. παίζειν μὲν οὖν ἐνομίζετο τέως τὰ πρῶτα. ὡς δὲ ἐπιμόνως ἀπισχυρίζετο, ἄγεται ἐπὶ τὸν δικαστήν· ἐφ' οὗ τὴν ἔνστασιν ὁμολογήσας, δεσμοῖς παραδίδοται.

## Caput V.

*De Potamiana.*

Septimus inter hos recenſeatur Baſilides, is qui celeberrimam illam Potamiænam ad ſupplicium abduxit. Cujus quidem mulieris fama apud earum regionum incolas etiamnum pervulgata eſt: quippe quæ pro caſtitate corporis, & pro virginitate qua præcipuè excelluit conſervanda, innumera adverſus amatores certamina ſubierit (nam præter animi pulchritudinem mirabilis B quoque totius corporis venuſtas in ea eſſloreſcebat) innumera etiam pro Chriſti fide pertulerit, tandemque poſt acerbiſſimos ac vel dictu ipſo horribiles cruciatus, unà cum matre Marcella igne conſumpta ſit. Porrò Aquila, id enim Judicis nomen fuit, cùm eam toto corpore ſæviſſimè excruciaſſet, ad extremum interminatus ei eſſe dicitur, ſe illam gladiatoribus violandam traditurum. At illa cùm pauliſper ſecum ipſa rem perpendiſſet, interrogata quid conſilii caperet, ejuſmodi fertur dediſſe reſponſum quod impium eſſe Gentilibus videbatur. Protinus igitur judicis C ſententiâ damnatam Baſilides unus ex apparitoribus, ad ſupplicium abducit. Cumque vulgus eam vexare, & obſcœnis verbis illudere ei conaretur, Baſilides quidem eos qui contumeliam virgini faciebant abſterrens propellebat, multaque miſericordiæ & humanitatis erga illam præbebat indicia. Illa verò benignitatem hominis erga ſe libenter amplectens, bono animo eum eſſe juſſit: ſe namque poſt obitum ſalutem ipſius à Domino impetraturam, & collata in ſe beneficia brevi remuneraturam eſſe. Hæc cum dixiſſet, ferventi pice per varia corporis membra ab imis pedibus, ad ipſum uſque capitis verticem lentè ac paulatim circumfusâ, D mortem conſtanti animo pertuliſſe memoratur. Et hujuſmodi quidem certamen nobiliſſima virgo decertavit. Brevi autem poſtea Baſilides, cum ob neſcio quam cauſam à contubernalibus ſuis ſacramento adigeretur, nefas ſibi eſſe affirmavit omninò jurare: quippè Chriſtianum ſe eſſe, idque palam profiteri. Illi primo quidem hominem jocari arbitrabantur. Verùm cùm id conſtanter aſſeveraret, ad Judicem eſt perductus. Apud quem fidei ſuæ conſtantiam profeſſus, in vin-

Vide Niceph. c. 7. l. 5.

cula conjicitur. Cumque quidam in Domino fratres eum adiiſſent, & cauſam ſubitæ illius atque inſperatæ converſionis interrogarent, dixiſſe fertur, Potamiænam tertio poſt martyrium die, noctu ſibi aſſiſtentem coronam capiti ſuo impoſuiſſe, dixiſſeque ſe ipſius cauſa Dominum oraſſe, atque id quod petierat impetraſſe: nec diu poſteà ipſum ad ſuperos migraturum. Poſthæc ſignaculo Domini à fratribus accepto, poſtridie Chriſtum glorioſè confeſſus, capite truncatus eſt. Plures quoque alii ex Alexandrinis civibus, eodem tempore ad fidem Chriſti ſubitò tranſiiſſe memorantur, quos ſcilicet Potamiæna in ſomnis apparens ad id faciendum provocaverat. Verùm de his hactenus.

A τῶν δὲ κατὰ Θεὸν ἀδελφῶν ὡς αὐτὸν ἀφικομένων, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀθρόας καὶ παραδόξου ταύτης ὁρμῆς πυνθανομένων, λέγεται εἰπεῖν, ὡς ἄρα Ποταμίαινα τρισὶν ὕστερον ἡμέραις τοῦ μαρτυρίου νύκτωρ ἐπιστᾶσα, στέφανον αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ περιθεῖσα εἴη, φαίη τε παρακεκληκέναι χάριν αὐτοῦ τὸν Κύριον, καὶ τῆς ἀξιώσεως τετυχηκέναι, οὐκ εἰς μακρόν τε αὐτὸν παραλήψεσθαι. ἐπὶ τούτοις τῶν ἀδελφῶν τῆς ἐν Κυρίῳ σφραγῖδος μεταδόντων αὐτῷ, τῇ μετέπειτα ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου διαπρέψας μαρτυρίῳ, τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται. καὶ ἄλλοι δὲ πλείους τῶν κατ᾽ Ἀλεξάνδρειαν, ἀθρόως τῷ Χριστοῦ λόγῳ προ-
B σελθεῖν κατὰ τοὺς δεδηλωμένους ἱστοροῦνται. ὡς δὴ καθ᾽ ὕπνους τῆς Ποταμιαίνης ἐπιφανείσης καὶ ἐπὶ τὸν θεῖον λόγον προσκεκλημένης αὐτούς. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὧδε ἐχέτω.

## Caput VI.

*De Clemente Alexandrino.*

Vide Niceph. l. 4. c. 33.

PEr idem tempus Clemens qui Pantæno ſucceſſerat, apud Alexandriam catechumenorum inſtitutioni adhuc præerat: adeò ut auditor ejus etiamtum puer fuerit Origenes. Hic porrò Clemens in primo στρωματέων libro ordinem temporum deſcribens, obitu Imperatoris Commodi computationem ſuam circumſcribit. Ex quo apparet, Severi Auguſti cujus nunc tempora exponimus principatu, hæc Volumina ab eo fuiſſe elaborata.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς'.

Περὶ Κλήμεντος τοῦ Ἀλεξανδρέως.

ΠΑντaινον δὲ Κλήμης διαδεξάμενος, τῆς κατ᾽ Ἀλεξάνδρειαν κατηχήσεως εἰς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ καθηγεῖτο. ὡς καὶ τὸν Ὠριγένην τῶν
C φοιτητῶν αὐτοῦ παῖδα ὄντα γενέσθαι. τὴν γέ τοι τῶν Στρωματέων πραγματείαν ὁ Κλήμης ὑπομνηματιζόμενος, κατὰ τὸ πρῶτον σύγγραμμα χρονικὴν ἐκθέμενος γραφὴν, εἰς τὴν Κομόδου τελευτὴν περιγράφει τοὺς χρόνους· ὡς εἶναι σαφὲς, ὅτι κατὰ Σεβῆρον αὐτῷ πεπόνηται τὰ σπουδάσματα, οὗ τοὺς χρόνους ὁ παρὼν ἱστορεῖ λόγος.

## Caput VII.

*De Iuda Scriptore.*

Vide Niceph. l. 4. c. 35.

EOdem tempore alius quoque Scriptor Judas, de ſeptuaginta apud Danielem ſeptimanis diſſerens, ad decimum uſque annum Imperii Severi ſupputationem temporum perducit. Qui etiam decantatum illum Antichriſti adventum jamtùm imminere exiſtimabat. Adeò commota tunc adverſus noſtros perſecutio multorum animos vehementer conturbaverat.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ Ἰούδα συγγραφέως.

ΕΝ τούτῳ καὶ Ἰούδας συγγραφέων ἕτερος, εἰς τὰς παρὰ τῷ Δανιὴλ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδας ἐγγράφως διαλεχθεὶς, ἐπὶ τὸ δέ-
D κατον τῆς Σεβήρου βασιλείας ἵστησι τὴν χρονογραφίαν· ὃς καὶ τὴν θρυλλομένην τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίαν, ἤδη τότε πλησιάζειν ᾤετο· οὕτω σφοδρῶς ἡ τοῦ καθ᾽ ἡμῶν τότε διωγμοῦ κίνησις, τὰς τῶν πολλῶν ἀνατετaράχει διανοίας.

## Caput VIII.

*De Origenis audaci facinore.*

Huc refer Niceph. c. 8. l. 5.

INtereà Origenes dum catechumenis apud Alexandriam inſtituendis vacaret, facinus aggreditur, quod minus perfecti ſenſus, & juvenilis cujuſdam

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η.

Περὶ τοῦ τολμηθέντος Ὠριγένει.

ΕΝ τούτῳ δὲ τῆς κατηχήσεως ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας τοὔργον ἐπιτελοῦντι τῷ Ὠριγένει πρᾶγμά τι διαπέπρακται, φρενὸς μὲν

ἀτελοῦς

SEVERUS.

ἀτελοῦς καὶ νεανικῆς. πίστεώς γε μὴν ὁμοῦ καὶ σωφροσύνης μέγιστον δεῖγμα περιέχον. τὸ γὰρ εἰσὶν Εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἁπλούστερον καὶ νεανικώτερον ἐκλαβὼν, ὁμοῦ μὲν σωτήριον φωνὴν ἀποπληροῦν οἰόμενος. ὁμοῦ δὲ καὶ διὰ τὸ νέον τὴν ἡλικίαν ὄντα, μὴ ἀνδράσι μόνον, καὶ γυναιξὶ δὲ τὰ θεῖα προσομιλεῖν. ὡς ἂν πᾶσαν τὴν παρὰ τοῖς ἀπίστοις αἰσχρᾶς διαβολῆς ὑπόνοιαν ἀποκλείσειε, τὴν σωτήριον φωνὴν ἔργοις ἐπιτελέσαι ὡρμήθη, τοὺς πολλοὺς τῶν ἀμφ' αὐτὸν γνωρίμων διαλαθεῖν φροντίσας. οὐχ ἦν δὲ ἄρα δυνατὸν αὐτῷ καίπερ βουλομένῳ, τοσοῦτον ἔργον ἐπικρύψασθαι. γνοὺς δῆτα ὕστερον ὁ Δημήτριος, ἅτε τῆς αὐτόθι παροικίας προεστὼς, εὖ μάλα μὲν αὐτὸν ἀποθαυμάζει τοῦ τολμήματος. τὴν δέ γε προθυμίαν καὶ τὸ γνήσιον αὐτοῦ τῆς πίστεως ἀποδεξάμενος, θαρρεῖν αὐτίκα παρακελεύεται. καὶ νῦν μᾶλλον ἔχεσθαι αὐτὸν τοῦ τῆς κατηχήσεως ἔργου παρορμᾷ. ἀλλὰ τότε μὲν οὗτος τοιοῦτος ἦν. οὐ μακροῖς δὲ χρόνοις ὕστερον ὁ αὐτὸς ὁρῶν εὖ πράττοντα μέγαν τε καὶ λαμπρὸν καὶ παρὰ πᾶσιν ὄντα βεβοημένον. ἀνθρώπινόν τι πεπονθὼς, τοῖς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην Ἐπισκόποις καταγράφειν ὡς ἀτοπωτάτου τοῦ πραχθέντος αὐτῷ ἐπειρᾶτο. ὅτε τῶν κατὰ Παλαιστίνην οἱ μάλιστα δόκιμοι καὶ διαπρέποντες Καισαρείας τε καὶ Ἱεροσολύμων Ἐπίσκοποι, πρεσβείων τὸν Ὠριγένην καὶ τῆς ἀνωτάτω τιμῆς ἄξιον εἶναι δοκιμάσαντες, χεῖρας εἰς πρεσβυτέριον αὐτῷ τεθείκασι. τηνικαῦτα δ' οὖν εἰς μέγα δόξης προελθόντος αὐτοῦ, ὄνομά τε παρὰ τοῖς πανταχῇ πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ κλέος ἀρετῆς καὶ σοφίας οὐ σμικρὸν κτησαμένου, μηδεμιᾶς ἄλλης εὐπορῶν ὁ Δημήτριος κατηγορίας, τῆς πάλαι ἐν παιδὶ γεγονυίας αὐτῷ πράξεως δεινὴν ποιεῖται διαβολήν. συμπεριλαβεῖν τολμήσας ταῖς κατηγορίαις, τοὺς ἐπὶ τὸ πρεσβυτέριον αὐτὸν προαγαγόντας. ταῦτα μὲν οὖν μικρὸν ὕστερον ἐπράχθη. τότε γε μὴν ὁ Ὠριγένης ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας τὸ τῆς θείας διδασκαλίας ἔργον εἰς ἅπαντας ἀφυλάκτως τοὺς προσιόντας νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπετέλει. τοῖς θείοις ἀόκνως μαθήμασι, καὶ τοῖς ὡς αὐτὸν φοιτῶσι, τὴν πᾶσαν ἀναθεὶς σχολήν. ἐπὶ δέκα δὲ καὶ ὀκτὼ ἔτεσι τὴν

A audaciæ poſſit videri: fidei tamen & continentiæ maximum in ſe ſpecimen continet. Nam cùm verba illa, Sunt quidam Eunuchi qui ſeipſos caſtraverunt propter Regnum cælorum: ſimplicius ac juvenilius accepiſſet, partim ut Servatoris noſtri Verbum adimpleret, partim ut omnem obſcœni rumoris & calumniæ occaſionem infidelibus adimeret, eo quod ipſe ætate juvenis non ſolùm viris ſed & feminis divinæ fidei præcepta tradebat, dictum Servatoris reipſa exſequi adortus eſt. Providerat B quidem ut pleroſque familiarium ſuorum ea res lateret. Verùm ille, quamvis maximè id vellet, tantum facinus occultare non potuit. Itaque Demetrius cùm rem illam utpote eccleſiæ ejus Epiſcopus, poſteà comperiſſet, juvenis audaciam vehementer admiratus eſt. Ac primùm quidem alacritatem animi & fidei ſinceritatem in eo collaudans, bono animo eſſe juſſit: utque tanto majore cura inſtituendis catechumenis vacare pergeret cohortatus eſt. Ac tum quidem Demetrius erat ejuſmodi. Sed non multò poſt tempore, C cùm eum proſperis ſucceſſibus in dies augeri, & magnum jam atque illuſtrem omnium ſermonibus celebrari videret: humani quidpiam paſſus, literis ad omnes ubique terrarum Epiſcopos ſcriptis, facinus illud Origenis proſcindere tanquam abſurdiſſimum cœpit. Quippè probatiſſimi & maximè inſignes apud Palæſtinam antiſtites, Cæſarienſis ſcilicet & Hieroſolymitanus, cùm Origenem prærogativa & ſupremi honoris apice dignum judicaſſent, manus ei imponentes, Preſbyterum ordinaverant. Tunc igitur cùm Origenes ingenti gloria floreret, & apud cunctos ubique mortales virtutis ac ſapientiæ cauſa maximum nomen eſſet D conſecutus: Demetrius quando nihil aliud habebat quod ei objiceret, facinus illud quod adoleſcens olim patraverat, graviſſimè criminatus eſt; illos etiam qui eum ad preſbyterii honorem evexerant, accuſationibus ſuis conatus involvere. Et hæc quidem aliquanto poſt geſta ſunt. Tunc autem Origenes Alexandriæ opus ſibi injunctum peragens, cunctis ipſum adeuntibus, liberè jam & abſque ullo impedimento Verbum Dei diu noctuque prædicabat; divinis diſciplinis ſuiſque auditoribus tempus omne promptiſſimè impendens. Intereà cùm Seve-

*Matth.19.*

rus decem & octo annis Imperium tenuiſſet, Antoninus filius in ejus locum ſucceſſit. Qua tempeſtate Alexander unus ex eorum numero qui in perſecutione fortiter certaverant, & qui poſt glorioſa confeſſionis certamina divinâ Providentiâ fuerant reſervati, quem nos Hieroſolymorum Epiſcopum fuiſſe paulò ante retulimus: ob inſignem Chriſtianorum fidei confeſſionem ad ſupradictum Epiſcopatum promotus eſt: Narciſſo qui prius ibi fuerat epiſcopus, adhuc ſuperſtite.

## CAPUT IX.

*De miraculis Narciſſi.*

Huc refer Niceph. c. 9. l. 5.

DE hoc Narciſſo multa quidem alia ſtupenda commemorant civitatis illius incolæ, à fidelibus continuâ ſucceſſione velut per manus ſibi tradita. Inter quæ hoc etiam miraculum ab illo editum eſſe narrant. Fortè in magna Paſchæ vigilia oleum miniſtris deerat. Qua de cauſa cùm univerſus populus graviſſimo mœrore perculſus eſſet, Narciſſum ferunt mandaſſe iis quibus curæ erat lucernas accendere, ut aquam ex quodam propinquo hauſtam puteo ad ſe deferrent. Quod ubi dicto citius impletum eſt, oratione ſuper aquam facta, juſſiſſe dicitur ſincera in Chriſtum fide ut eam lucernis infunderent. Quo itidem peracto, ajunt aquam contra morem naturæ ſuæ, mirabili quadam ac divina virtute in olei pinguedinem eſſe converſam: ex eoque oleo apud plurimos fratres exiguum quoddam ſpecimen ad memoriam tanti miraculi diutiſſimè ad noſtra uſque tempora ſervatum fuiſſe. Plurima quoque alia de vita & converſatione ejus viri perhibent, memoriâ inprimis digna: inter quæ & illud eſt. Mali quidam homunciones qui vigorem & conſtantiam vitæ illius ferre non poterant, veriti ne tandem deprehenſi pœnas darent utpotè ſexcentorum ſibi ſcelerum conſcii, prævenire eum decreverunt: ſtructiſque inſidiis graviſſimam ei calumniam aſperſerunt. Atque ut audientibus perſuaderent, Sacramenti religione accuſationem firmabant. Unus inter jurandum imprecabatur ſibi ut incendio periret, ſi ſciens falleret. Alter ut ſcævo ac peſtilenti morbo corpus abſumeretur. Tertius ut luminibus orbaretur. Sed quantumvis jurantibus, nemo ex fideliũ nu-

ἀρχὴν ἐπικρατήσαντα Σεβῆρον, Ἀντωνῖνος ὁ παῖς διαδέχεται. ἐν τούτῳ δὲ τῶν κατὰ τὸν διωγμὸν ἀνδρισαμένων, καὶ μετὰ τοὺς ἐν ὁμολογίαις ἀγῶνας διὰ προνοίας Θεοῦ πεφυλαγμένων, εἷς τις ὢν ὁ Ἀλέξανδρος. ὃν ἀρτίως Ἐπίσκοπον τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας ἐδηλώσαμεν. οἷα ταῖς ὑπὲρ Χριστοῦ διαπρέψας ὁμολογίαις κατὰ τὸν τοῦ διωγμοῦ καιρὸν, τῆς δηλωθείσης Ἐπισκοπῆς ἀξιοῦται. ἔτι Ναρκίσσου ὃς ἦν αὐτοῦ πρότερος, περιόντος τῷ βίῳ.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ τῶν κατὰ Νάρκισσον παραδόξων.

ΠΟλλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα παράδοξα οἱ τῆς παροικίας πολῖται ὡς ἐκ παραδόσεως τῶν κατὰ διαδοχὴν ἀδελφῶν, τοῦ Ναρκίσσου μνημονεύουσιν· ἐν οἷς καὶ τοιόνδε τι θαῦμα δι' αὐτοῦ γεγονὸς ἱστοροῦσι. κατὰ τὴν μεγάλην ποτὲ τοῦ Πάσχα διανυκτέρευσιν, τοὔλαιόν φασι τοῖς διακόνοις ἐπιλιπεῖν. ἐφ' ᾧ τὸ πᾶν πλῆθος δεινῆς ἀθυμίας διαλαβούσης, τὸν Νάρκισσον τοῖς τὰ φῶτα παρασκευάζουσιν ἐπιτάξαι, ὕδωρ ἀνιμήσαντας ἔκ τινος παρακειμένου φρέατος, ὡς αὐτὸν κομίσαι. τούτου δ' ἅμα λόγῳ πραχθέντος, ἐπευξάμενον τῷ ὕδατι, ἐγχέαι κατὰ τῶν λύχνων πίστει τῇ εἰς τὸν Κύριον γνησίᾳ παρακελεύσασθαι· ποιησάντων δὲ καὶ τοῦτο, παρὰ πάντα λόγον δυνάμει παραδόξῳ καὶ θείᾳ μεταβαλεῖν ἐξ ὕδατος εἰς ἐλαίου ποιότητα τὴν φύσιν· παρά τε πλείστοις τῶν ἀδελφῶν ἐπὶ μήκιστον ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς ἡμᾶς βραχύ τι δεῖγμα τοῦ τότε θαύματος φυλαχθῆναι. ἄλλα τε πλεῖστα περὶ τοῦ βίου τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς μνήμης ἄξια καταλέγουσιν. ἐν οἷς καὶ τοιόνδε τι. τὸ εὔτονον αὐτοῦ καὶ στερρὸν τοῦ βίου φαῦλοί τινες ἀνθρωπίσκοι μὴ οἷοί τε φέρειν, δέει τοῦ μὴ δίκην ὑποσχεῖν ἁλόντας, διὰ μυρία κακὰ ἑαυτοῖς συνειδέναι, συσκευὴν κατ' αὐτοῦ προλαβόντες συρράπτουσι. καὶ ἵνα δεινὴν καταχέουσιν αὐτοῦ διαβολήν. εἶτα πιστούμενοι τοὺς ἀκροωμένους, ὅρκοις ἐβεβαίουν τὰς κατηγορίας· καὶ ὁ μὲν ἦ μὴν ἀπόλοιτο πυρὶ ὤμνυεν. ὁ δὲ ἦ μὴν σκαιᾷ νόσῳ δαπανηθείη τὸ σῶμα· ὁ δὲ τρίτος ἦ μὴν τὰς ὁράσεις πηρωθείη. ἀλλ' οὐδ' οὕτως αὐτοῖς καίπερ ὀμνύουσι τῶν πιστῶν τις προσεῖχε τὸν

νῶν, διὰ τὴν εἰς πάντας λάμπουσαν ἐκ τοῦ παντὸς σωφροσύνην τε καὶ πανάρετον ἀγωγὴν τοῦ Ναρκίσσου· αὐτός γε μὴν τὴν τῶν εἰρημένων μηδαμῶς ὑπομένων μοχθηρίαν· καὶ ἄλλως ἐκ μακροῦ τὸν φιλόσοφον ἀσπαζόμενος βίον· διαδρὰς πᾶν τὸ τῆς ἐκκλησίας πλῆθος, ἐν ἐρημίαις καὶ ἀφανέσιν ἀγροῖς λανθάνων, πλείστοις ἔτεσι διέτριβεν. ἀλλ' οὐ καὶ ὁ τῆς δίκης μέγας ὀφθαλμὸς ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἠρέμει. μετῄει δὲ ὡς τάχιστα τοὺς ἀσεβεῖς, αἷς καθ' ἑαυτῶν ἐπιορκοῦντες κατεδήσαντο ἀραῖς. ὁ μὲν οὖν πρῶτος, ἐκ μηδεμιᾶς προφάσεως ἁπλῶς οὕτω σμικροῦ διαπεσόντος ἐφ' ἧς κατέμενεν οἰκίας σπινθῆρος, νύκτωρ ὑφαφθείσης ἁπάσης· πανγενεῖ καταφλέγεται. ὁ δὲ ἀθρόως τὸ σῶμα ἐξ ἄκρων ποδῶν ἐπὶ κεφαλὴν, ἧς αὐτὸς προσετίμησεν ἑαυτῷ νόσου πίμπλαται. ὁ δὲ τρίτος τὰς τῶν προτέρων συνιδὼν ἐκβάσεις, καὶ τοῦ πάντων ἐφόρου Θεοῦ τρέσας τὴν ἀδιάδραστον δίκην, ὡμολόγει μὲν τοῖς πᾶσι τὰ κοινῇ σφίσιν αὐτοῖς ἐσκευωρημένα· τοσαύταις δὲ κατετρύχετο μεταμελόμενος οἰμωγαῖς, δακρύων τε ἐς τοσοῦτον οὐκ ἀπέλιπεν, ἕως ἄμφω διεφθάρη τὰς ὄψεις. καὶ οἵδε μὲν τῆς ψευδολογίας τοιαύτας ὑπέσχον τιμωρίας.

A mero fidem adhibebat: quippè cùm Narciſſi continentia & ſanctitas vitæ omnibus virtutum numeris abſolutæ, cunctis ſemper ſpectata comperraque eſſet. At ille cùm dictorum infamiam ſuſtinere non poſſet, & alioqui Philoſophicæ vitæ jamdudum amore teneretur: relicta Eccleſiæ plebe, in ſolitudine ac deviis agris plurimos annos delituit. Verùm magnus ille juſtitiæ oculus, his peractis minimè quieſcendum putavit. Sed confeſtim impios illos iis ipſis ultus eſt diris, quibus in ſemetipſos pejerantes, ſeſe devoverant. Primus igitur, cùm modica quædam B ſcintilla in domo in qua manebat, citra ullam cauſam ſubitò exſiliiſſet, noctu incenſis ædibus cum univerſa familia conflagravit. Alteri corpus ab imis pedibus ad ſummum uſque capitis verticem, eo morbi genere quo ſe ipſe mulctaverat, correptum eſt. Tertius priorum caſum contuitus, omniumque inſpectoris Dei inevitabilem veritus vindictam, concinnatæ ab ipſis ex compacto calumniæ ordinem eſt confeſſus. Tantis porrò lamentis ob pœnitentiam facti ſeſe confecit, & in tantum lacrymas effundere perſeveravit, ut ex eo oculorum lumen amittere- C ret. Et hi quidem calumniæ ſuæ ejuſmodi pœnas dederunt.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι.

Περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐπισκόπων.

ΤΟῦ δὲ Ναρκίσσου ἀνακεχωρηκότος, καὶ μηδαμῶς ὅπῃ ὢν τυγχάνοι γινωσκομένου, δόξαν τοῖς τῶν ὁμόρων ἐκκλησιῶν προεστῶσιν, ἐφ' ἑτέρου μετίασιν Ἐπισκόπου χειροτονίαν. Δῖος τούτῳ ὄνομα ἦν· ὃν οὐ πολὺν προστάντα χρόνον, Γερμανίων διαδέχεται, καὶ τοῦτον Γόρδιος. καθ' ὃν ὥσπερ ἐξ ἀναβιώσεως ἀναφανεὶς ποθὲν ὁ Νάρκισσος, αὖθις ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὴν προστασίαν παρακαλεῖται. μειζόνως ἔτι μᾶλλον τῶν πάντων ἀγασθέντων αὐτὸν, τῆς τε ἀναχωρήσεως ἕνεκα καὶ τῆς φιλοσοφίας, καὶ ἐφ' ἅπασι δι' ἣν παρὰ τοῦ Θεοῦ κατηξίωτο ἐκδίκησιν.

## Caput X.

*De Hieroſolymorum Epiſcopis.*

CEterùm poſt Narciſſi fugam, ignaris omnibus ubinam gentium ageret, viſum eſt finitimarum Eccleſiarum Epiſcopis alium ejus loco Epiſcopum ordinare, Dium nomine. Qui cùm modico tempore præfuiſſet, ſucceſſor ei datus eſt Germanio: quem deinde D Gordius excepit. Hujus temporibus Narciſſus cùm ſubitò quaſi redivivus emerſiſſet, à fratribus ut Eccleſiæ adminiſtrationem denuò ſuſciperet rogatus eſt. Quippè univerſi multò magis tunc eum mirabantur: tùm ob receſſum, tùm ob philoſophicam vivendi rationem: maximè verò ob præſentem vindictam qua Deus calumniatores illius afficere dignatus fuerat.

Huc refer Niceph. c. 10. l. 5.

## Caput XI.

*De Alexandro.*

Verùm cùm propter extremam ſenectutem miniſterium ſuum obire amplius non poſſet, ſupradictum Alexandrum alterius Eccleſiæ Epiſcopum divina diſpenſatio per revelationem quandam quæ illi in ſomnis apparuerat, ad participandum cum Narciſſo Sacerdotis officium evocavit. Hac igitur viſione tanquam divino admonitus oraculo Alexander, cùm ex Cappadocia in qua primùm Epiſcopus fuerat ordinatus, Hieroſolyma profectus fuiſſet, tùm orandi, tùm locorum viſendorum gratiâ: fratres illius Eccleſiæ humaniſſimè eum excipientes, reverti poſthæc in patriam non ſiverunt. Alia quippè revelatio etiam ipſis per ſomnum viſa fuerat; & vox quædam evidentiſſima ab iis qui ſanctitate inter ipſos eminebant, audita. Significabat enim ipſis ut extra portas civitatis egreſſi, deſtinatum ſibi à Deo Epiſcopum ſuſciperent. Quod cùm illi conſentientibus vicinarum Eccleſiarum Epiſcopis feciſſent, manere deinceps eum apud ſe coëgerunt. Sanè idem Alexander in ſuis ad Antinoïtas epiſtolis quæ etiamnum exſtant, Epiſcopatus quem cum Narciſſo collega geſſit, meminit his verbis quæ ad calcem epiſtolæ leguntur: Salutat vos Narciſſus, qui ante me Epiſcopalem hujus Eccleſiæ ſedem tenuit, & qui nunc mihi conjunctus eſt in orationibus, annos natus ſexdecim ſuprà centum; hortaturque vos mecum ut idem omnes ſentiatis. Et hæc quidem ſic geſta ſunt. Antiochiæ verò Serapione mortuo, Epiſcopatum Eccleſiæ ſuſcepit Aſclepiades: qui perſecutionis tempore fidem Chriſti confeſſus, maximam gloriam retulerat. Hujus ordinationis mentionem facit Aleander in epiſtola ad Antiochenſes his verbis: Alexander ſervus Dei, & vinctus Jeſu Chriſti, beatiſſimæ Antiochenſium Eccleſiæ in Domino ſalutem. Expedita mihi ac levia vincula Deus effecit cuſtodiæ meæ tempore, poſtquam comperi Aſclepiadem virum fidei merito maximè idoneum, ſanctiſſimæ Eccleſiæ veſtræ Epiſcopatum divina Providentia ſuſcepiſſe. Hanc autem epiſtolam Clementi ſe perferendam de-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑʹ.

*Περὶ Ἀλεξάνδρου.*

Καὶ δὴ μηκέθ᾽ οἵου τε ὄντος λειτουργεῖν διὰ λιπαρὸν γῆρας, τὸν εἰρημένον Ἀλέξανδρον Ἐπίσκοπον ἑτέρας ὑπάρχοντα παροικίας, οἰκονομία Θεοῦ ἐπὶ τὴν ἅμα τῷ Ναρκίσσῳ λειτουργίαν ἐκάλει, κατὰ ἀποκάλυψιν νύκτωρ αὐτῷ δι᾽ ὁράματος φανεῖσαν. ταύτῃ δ᾽ οὖν ὥσπερ κατά τι θεοπρόπιον ἐκ τῆς τῶν Καππαδοκῶν γῆς ἔνθα τὸ πρῶτον τῆς Ἐπισκοπῆς ἠξίωτο, τὴν πορείαν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα εὐχῆς καὶ τῶν τόπων ἱστορίας ἕνεκεν πεποιημένον, φιλοφρονέστατα οἱ τῇδε ὑπολαβόντες ἀδελφοὶ οὐκέτ᾽ οἴκαδε αὐτῷ παλινοστεῖν ἐπιτρέπουσι, καθ᾽ ἑτέραν ἀποκάλυψιν καὶ αὐτοῖς νύκτωρ ὀφθεῖσαν, μίαν τε φωνὴν σαφεστάτην τοῖς μάλιστα αὐτῶν σπουδαίοις χρησμῳδήσασαν· ἐδήλου γὰρ προελθόντας ἔξω πυλῶν, τὸν ἐκ Θεοῦ προωρισμένον αὐτοῖς Ἐπίσκοπον ὑποδέξασθαι. τοῦτο δὲ πράξαντες μετὰ κοινῆς τῶν Ἐπισκόπων οἳ τὰς πέριξ διεῖπον ἐκκλησίας γνώμης, ἐπάναγκες αὐτὸν παραμένειν βιάζονται. μνημονεύει γέ τοι καὶ αὐτὸς ὁ Ἀλέξανδρος ἐν ἰδίαις ἐπιστολαῖς ταῖς πρὸς Ἀντινοείτας εἰς ἔτι νῦν παρ᾽ ἡμῖν σωζομέναις, τῆς Ναρκίσσου αὐτῷ προεδρίας, ταῦτα κατὰ λέξιν ἐπὶ τέλει γράφων τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς. ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος ὁ πρὸ ἐμοῦ διέπων τὸν τόπον τῆς Ἐπισκοπῆς τὸν ἐνθάδε, καὶ νῦν συνεπαγωνιζόμενός μοι διὰ τῶν εὐχῶν, ἑκ… ἓν δέκα… ἔτη ἠνυκώς, παρακαλῶν ὑμᾶς ὁμοίως ἐμοὶ ὁμοφρονῆσαι. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως εἶχε. τῆς δὲ κατ᾽ Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας Σαραπίωνος ἀναπαυσαμένου, τὴν Ἐπισκοπὴν διαδέχεται Ἀσκληπιάδης. ἐν ταῖς κατὰ τὸν διωγμὸν ὁμολογίαις διαπρέψας καὶ αὐτός. μέμνηται καὶ τῆς τούτου καταστάσεως Ἀλέξανδρος, Ἀντιοχεῦσι γράφων ὧδε. Ἀλέξανδρος δοῦλος καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῇ μακαρίᾳ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ ἐν Κυρίῳ χαίρειν. ἐλαφρά μοι καὶ κοῦφα τὰ δεσμὰ ὁ Κύριος ἐποίησε κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εἱρκτῆς, πυθομένῳ τῆς ἁγίας ὑμῶν τῶν Ἀντιοχέων ἐκκλησίας κατὰ τὴν θείαν πρόνοιαν Ἀσκληπιάδην τὸν ἐπιτηδειότατον κατ᾽ ἀξίαν τὴν πίστιν τῆς Ἐπισκοπῆς ἐγκεχειρισμένον. ταύτην δὲ τὴν ἐπιστολὴν σημαίνει

διὰ Κλήμεντος ἀπεσταλκέναι, πρὸς τῷ τέλει τοῦτον γράφων τὸν τρόπον. ταῦτα δὲ ὑμῖν κύριοί μου ἀδελφοὶ τὰ γράμματα ἀπέστειλα διὰ Κλήμεντος τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου· ἀνδρὸς ἐναρέτου καὶ δοκίμου. ὃν ἴστε καὶ ὑμεῖς καὶ ἐπιγνώσεσθε. ὃς καὶ ἐνθάδε παρὼν κατὰ τὴν πρόνοιαν καὶ Ἐπισκοπὴν τοῦ δεσπότου, ἐστήριξέ τε καὶ ηὔξησε τὴν τοῦ Κυρίου ἐκκλησίαν.

A diſſe ſignificat, ſub finem ita ſcribens: Porrò has literas, inquit, Domini fratres per beatum Preſbyterum Clementem ad vos miſi, virum virtute præditum & probatum: quẽ vos & noſtis jam & amplius cognoſcetis. Qui quidem Dei nutu ac providentia dùm hìc apud nos præſens eſſet, Eccleſiam Chriſti & confirmavit & magnoperè auxit.

---

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒʹ.

*Περὶ Σεραπίωνος καὶ τῶν φερομένων αὐτοῦ λόγων.*

Τοῦ δὲ Σαραπίωνος τῆς περὶ λόγους ἀσκήσεως, καὶ ἄλλα μὲν εἰκὸς σώζεσθαι παρ' ἑτέροις ὑπομνήματα. εἰς ἡμᾶς δὲ μόνα κατῆλθε τὰ πρὸς Δομνῖνον ἐκπεπτωκότα τινὰ παρὰ τὸν τοῦ διωγμοῦ καιρὸν ἀπὸ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἐπὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἐθελοθρησκείαν. καὶ τὰ πρὸς Πόντιον καὶ Καρικὸν ἐκκλησιαστικοὺς ἄνδρας, καὶ ἄλλαι πρὸς ἑτέρους ἐπιστολαί· ἕτερός τε συντεταγμένος αὐτῷ λόγος περὶ τοῦ λεγομένου κατὰ Πέτρον Εὐαγγελίου· ὃν πεποίηται ἀπελέγχων τὰ ψευδῶς ἐν αὐτῷ εἰρημένα, διά τινας ἐν τῇ κατὰ Ῥωσὸν παροικίᾳ, προφάσει τῆς εἰρημένης γραφῆς, εἰς ἑτεροδόξους διδασκαλίας ἀποκείλαντας. ἀφ' ἧς εὔλογον βραχείας παραθέσθαι λέξεις, δι' ὧν ἣν εἶχε περὶ τοῦ βιβλίου γνώμην προτίθησιν οὕτω γράφων. ἡμεῖς γὰρ ἀδελφοί, καὶ Πέτρον καὶ τοὺς ἄλλους Ἀποστόλους ἀποδεχόμεθα ὡς Χριστόν· τὰ δὲ ὀνόματι αὐτῶν ψευδεπίγραφα, ὡς ἔμπειροι παραιτούμεθα. γινώσκοντες ὅτι τὰ τοιαῦτα οὐ παρελάβομεν. ἐγὼ γὰρ γενόμενος παρ' ὑμῖν, ὑπενόουν τοὺς πάντας ὀρθῇ πίστει προσφέρεσθαι. καὶ μὴ διελθὼν τὸ ὑπ' αὐτῶν προφερόμενον ὀνόματι Πέτρου Εὐαγγέλιον, εἶπον. ὅτι εἰ τοῦτό ἐστι μόνον τὸ δοκοῦν ὑμῖν παρέχειν μικροψυχίαν, ἀναγινωσκέσθω· νῦν δὲ μαθὼν ὅτι αἱρέσει τινὶ ὁ νοῦς αὐτῶν ἐνεφώλευεν ἐκ τῶν λεχθέντων μοι, σπουδάσω πάλιν γενέσθαι πρὸς ὑμᾶς. ὥστε ἀδελφοὶ προσδοκᾶτέ με ἐν τάχει. ἡμεῖς δὲ ἀδελφοὶ καταλαβόμενοι ὁποίας ἦν αἱρέσεως ὁ Μαρκιανός, καὶ ἑαυτῷ ἠναντιοῦτο μὴ νοῶν ἃ ἐλάλει, ἃ μαθήσεσθε ἐξ ὧν ὑμῖν ἐγράφη. ἐδυνήθημεν γὰρ παρ' ἄλλων τῶν ἀσκησάντων αὐτὸ τοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον, τουτέστι παρὰ τῶν δια-

## CAPUT XII.

*De Serapione & ejus qui exſtant libris.*

Huc refer Niceph. c. 27. l. 4.

POrrò Serapionis multa quidem alia doctrinæ monumenta penes alios B exſtare credibile eſt. Ea tamen ad nos duntaxat pervenerunt, quæ ſcripſit ad Domninum quemdam qui perſecutionis tempore à fide Chriſti ad Judæorum ſuperſtitionem deſciverat: Item illa quæ ad Pontium & Caricum Eccleſiaſticos viros exaravit: aliæ quoque ad alios epiſtolæ. Prætereà liber de Evangelio Petri, quæ in eo falſa erant coarguens. Quem quidem librum compoſuit in gratiam quorumdam ex Rhoſſenſi parœcia, qui occaſione illius Evangelii ad doctrinam à recta fide alienam declinaverant. Nec verò abſur- C dum fuerit pauca quædam verba ex eo libro commemorare, quibus ille quid de iſto Evangelio ſentiret, exponit in hunc modum: Nos enim fratres, inquit, & Petrum & reliquos Apoſtolos, perinde ac Chriſtum ipſum ſuſcipimus. Sed quæ nomen illorum falsò inſcriptum præferunt, ea nos utpotè gnari ac periti repudiamus; quippè qui compertum habeamus ea nos à majoribus minimè accepiſſe. Ego quidem cùm ad vos veniſſem, exiſtimabam omnes rectæ fidei callem tenere. Et cùm Evangelium illud quod Petri nomine inſcriptum ab iis D offerebatur, non perlegiſſem, dixi: ſi quidem hoc ſolum eſt quod ſimultatem parit inter vos, legatur. Nunc verò cùm ex iis quæ mihi dicta ſunt, planè perſpexerim, quòd mens illorum hęreſim tunc occultam tegebat, iterum ad vos venire properabo. Proindè fratres brevi me exſpectate. Cùm autem deprehenderim cujus opinionis & ſectæ fuerit Marcianus, qui & ſibi ipſe repugnabat non intelligens quæ diceret, ſicut cognoſcetis ex iis quę ad vos ſcripta ſunt. Mutuati enim ſupradictũ evangelium ab iis qui illud didicerant & continua exercitatione verſaverant, hoc eſt à ſucceſſorib⁹

eorum qui Marciano præiverunt, quos δοκιτὰς vocamus ( quippe ex horum ſchola pleræque illius opiniones fluxere) legendi copiam nacti ſumus: & deprehendimus multa quidem in illo Evangelio cum recta Servatoris noſtri fide conſentire: nonnulla verò diſcrepantia à rectæ fidei ratione adjuncta eſſe, quæ & veſtrâ causâ ſubjecimus. Atque hæc de Serapionis libris.

## Caput XIII.

*De Clementis Operibus.*

Huc refer Niceph. c. 33. l. 4.

Quod verò ad Clementem attinet, exſtant ejus octo ϛρωματέων libri, quos ipſe ſic inſcripſit: Titi Flavii Clementis de vera Philoſophia Commentariorum qui ad ſcientiam pertinent ϛρωματεῖς. Sunt & alii totidem ejus libri ὑποτυπώσεων titulo inſcripti, hoc eſt inſtitutionum: in quibus Pantænum magiſtrum ſuum nominatim appellat, quęcunque ille à majoribus accepiſſet & traditiones quas poſteris reliquiſſet exponens. Exſtat etiam ejus liber ad Gentiles exhortationem continens. Præterea tres communi Pædagogi titulo comprehenſi: Alius item liber ſic inſcriptus: quis ſit inter divites qui ſalutem conſequatur. Et opuſculum de Paſcha: & diſputationes de jejunio. Item de obtrectatione. Eſt etiam exhortatio ad patientiam, ſcripta ad Neophytos. Denique liber ille qui Eccleſiaſtica regula inſcribitur, ſeu adverſus eos qui errores Judæorum ſequuntur: quem quidem Alexandro ſupradicto Epiſcopo nuncupavit. Porrò in ϛρωματέων libris, non ſolùm ex ſacris literis plurimos inſternit floſculos, verùm etiam ex Gentilium libris ſiquid fortè ab illis commodè dictum eſt commemorat; varias Græcorum ſimul ac Barbarorum explicans opiniones, quæ apud multos illorum leguntur: falſa quoque hæreſiarcharum dogmata coarguens. Ad hęc multiplices recenſet hiſtorias, uberrimam nobis promiſcuæ eruditionis materiam ſubminiſtrans. His omnibus Philoſophorum quoque opiniones intermiſcet. Proindè admodum argumento convenientem ϛρωματέων titulum libris ſuis indidit. In iiſdem libris affert teſtimonia Scripturarum quæ à nonnullis repudiantur, nempè ex Sapientia Salomonis, & ex ea quæ dicitur Sapientia Jeſu filii Sirac: item ex epiſtola ad Hebręos, & ex Clementis ac Barnabę Judæq; epiſtolis. Sed & Tatiani librum

A δόχων τῶν καταρξαμένων αὐτοῦ, οὓς δοκητὰς καλοῦμεν (τὰ γὰρ πλείονα φρονήματα, ἐκείνων ἐστὶ τῆς διδασκαλίας) χρησάμενοι παρ' αὐτῶν διελθεῖν. καὶ εὑρεῖν τὰ μὲν πλείονα τοῦ ὀρθοῦ λόγου τοῦ Σωτῆρος. τινὰ δὲ προσδιεσταλμένα, ἃ καὶ ὑπετάξαμεν ὑμῖν. καὶ ταῦτα μὲν τὰ Σαραπίωνος.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ΄.

Περὶ τῶν Κλήμεντος συγγραμμάτων.

ΤΟῦ δὲ Κλήμεντος ϛρωματεῖς οἱ πάντες
B ὀκτὼ παρ' ἡμῖν σώζονται. οὓς καὶ τοιαύτης ἠξίωσε προγραφῆς. Τίτου Φλαυΐου Κλήμεντος τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων ϛρωματεῖς. ἰσάριθμοί τε τούτοις εἰσὶν οἱ ἐπιγεγραμμένοι ὑποτυπώσεων αὐτοῦ λόγοι. ἐν οἷς ὀνομαστὶ ὡς διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μνημονεύει, ἐκδοχάς τε αὐτοῦ γραφῶν καὶ παραδόσεις ἐκτιθέμενος. ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς Ἕλληνας λόγος ὁ προτρεπτικός· τρεῖς τε οἱ τοῦ ἐπιγεγραμμένου παιδα-
C γωγοῦ. καὶ τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος, ἔστιν ἐπιγραφεὶς ἕτερος αὐτοῦ λόγος· τό, τε περὶ τοῦ Πάσχα σύγγραμμα· καὶ διαλέξεις περὶ νηστείας. καὶ περὶ καταλαλιᾶς· καὶ ὁ προτρεπτικὸς εἰς ὑπομονὴν ἢ πρὸς τοὺς νεωστὶ βεβαπτισμένους. καὶ ὁ ἐπιγεγραμμένος κανὼν ἐκκλησιαστικός, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας, ὃν Ἀλεξάνδρῳ τῷ δεδηλωμένῳ Ἐπισκόπῳ ἀνατέθεικεν. ἐν μὲν οὖν τοῖς ϛρωματεῦσιν οὐ μόνον τῆς θείας κατάστρωσιν πεποίηται γραφῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν παρ' Ἕλλησιν, εἴ τι ἄρα ὠφέλιμον ἔδοξε καὶ αὐτοῖς εἰρῆσθαι, μνημονεύει. τῶν τε παρὰ τοῖς πολλοῖς δογμάτων, τὰ Ἑλλήνων ὁμοῦ καὶ τὰ
D Βαρβάρων ἀναπτύσσων. καὶ ἔτι τὰς τῶν αἱρεσιαρχῶν ψευδοδοξίας εὐθύνων· ἱστορίαν τε πολλὴν ἐξαπλοῖ, ὑπόθεσιν ἡμῖν πολυμαθοῦς παρέχων παιδείας· τούτοις ἅπασι καταμίγνυσι καὶ τὰ φιλοσόφων δόγματα. ὅθεν εἰκότως κατάλληλον τῇ ὑποθέσει καὶ τὴν προγραφὴν τῶν ϛρωματέων πεποίηται. κέχρηται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων γραφῶν μαρτυρίαις· τῆς τε λεγομένης Σολομῶντος σοφίας, καὶ τῆς Ἰησοῦ τοῦ Σιράχ. καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς. τῆς τε Βαρνάβα καὶ Κλήμεντος καὶ Ἰούδα. μνημονεύει τε τοῦ πρὸς Ἕλληνας Τατιανοῦ λόγου,

καὶ Κασσιανοῦ, ὡς καὶ αὐτοῦ χρονογραφίαν πεποιημένου· ἔτι μὴν Φίλωνος καὶ Ἀριστοβούλου, Ἰωσήπου τε καὶ Δημητρίου καὶ Εὐπολέμου, Ἰουδαίων συγγραφέων. ὡς ἂν τούτων ἁπάντων ἐγγράφως πρεσβύτερον τῆς παρ' Ἕλλησιν ἀρχαιογονίας Μωϋσέα τε καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων γένος ἀποδειξάντων. καὶ ἄλλης δὲ πλείστης πολυμαθείας ἔμπλεοι οἱ δηλούμενοι τυγχάνουσι τοῦ ἀνδρὸς λόγοι. ὧν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἑαυτοῦ δηλοῖ, ὡς ἔγγιστα τῆς τῶν Ἀποστόλων γενομένου διαδοχῆς. ὑπισχνεῖται δ' ἐν αὐτοῖς, καὶ εἰς τὴν Γένεσιν ὑπομνηματιεῖσθαι. καὶ ἐν τῷ λόγῳ δὲ αὐτοῦ τῷ περὶ τοῦ Πάσχα ἐκβιασθῆναι ὁμολογεῖ πρὸς τῶν ἑταίρων, ἃς ἔτυχε παρὰ τῶν ἀρχαίων πρεσβυτέρων ἀκηκοὼς παραδόσεις, γραφῇ τοῖς μετὰ ταῦτα παραδοῦναι· μέμνηται δὲ ἐν αὐτῷ Μελίτωνος καὶ Εἰρηναίου, καί τινων ἑτέρων, ὧν καὶ τὰς διηγήσεις τέθειται.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ΄.

Ὁπόσων ἐμνημόνευσε γραφῶν.

Ἐν δὲ ταῖς ὑποτυπώσεσι ξυνελόντα εἰπεῖν, πάσης τῆς ἐνδιαθήκου γραφῆς ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις. μὴ δὲ τὰς ἀντιλεγομένας παρελθών· τὴν Ἰούδα λέγω καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολάς. τήν τε Βαρνάβα καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην ἀποκάλυψιν. καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους δὲ ἐπιστολήν, Παύλου μὲν εἶναί φησι, γεγράφθαι δὲ Ἑβραίοις Ἑβραϊκῇ φωνῇ. Λουκᾶν δὲ φιλοτίμως αὐτὴν μεθερμηνεύσαντα, ἐκδοῦναι τοῖς Ἕλλησιν. ὅθεν τὸν αὐτὸν χρῶτα εὑρίσκεσθαι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, ταύτης τε τῆς ἐπιστολῆς, καὶ τῶν πράξεων· μὴ προγεγράφθαι δὲ τό, Παῦλος Ἀπόστολος, εἰκότως· Ἑβραίοις γάρ φησιν ἐπιστέλλων πρόληψιν εἰληφόσι καί αὐτοῦ καὶ ὑποπτεύουσιν αὐτόν, συνετῶς πάνυ οὐκ ἐν ἀρχῇ ἀπέστρεψεν αὐτοὺς τὸ ὄνομα θείς. εἶτα ὑποβὰς ἐπιλέγει. ἤδη δὲ ὡς ὁ μακάριος ἔλεγε πρεσβύτερος, ἐπεὶ ὁ Κύριος Ἀπόστολος ὢν τοῦ παντοκράτορος, ἀπεστάλη πρὸς Ἑβραίους, διὰ μετριότητα ὁ Παῦλος ὡς ἂν εἰς τὰ ἔθνη ἀπεσταλμένος, οὐκ ἐγγράφει ἑαυτὸν Ἑβραίων Ἀπόστολον. διὰ

A adverſus gentes, & Caſſianum quemdam commemorat qui de temporum ordine conſcripſit. Præterea Philonis & Ariſtobuli, Joſephi, Demetrii atque Eupolemi Judæorum hiſtoriæ ſcriptorum mentionem facit, utpotè qui Moſem ac Judæorum gentem omni Græcorum antiquitate vetuſtiorem eſſe, Scriptis ſuis probaverint. Variâ quoq; utiliſſimæ eruditionis copiâ referti ſunt ſupradicti auctoris illius libri. In quorum primo de ſeipſo loquens, primis Apoſtolorum ſucceſſoribus proximum ſe fuiſſe teſtatur. Pollicetur in iiſdem B libris, ſcripturum ſe Commentarios in Geneſim. In libro verò quem de Paſcha compoſuit, coactum ſe affirmat à familiaribus ſuis, ut traditiones quas ab antiquioribus Preſbyteris acceperat ſcriptas poſteris mandaret. Meminit in eodem opuſculo Melitonis & Irenæi, & aliquot aliorum: quorum etiam enarrationes in medium adducit.

## Caput XIV.

*Quorum Scripturæ librorum idem Clemens meminerit.*

C IDem in libris ὑποτυπώσεων, omnium ut uno verbo dicam, utriuſque teſtamenti Scripturarum compendioſam inſtituit enarrationem; ne illis quidem prætermiſſis Scripturis, de quibus inter multos ambigitur. Judæ epiſtolam & Barnabæ, ac reliquas catholicas epiſtolas intelligo, & Revelationem quæ dicitur Petri. Epiſtolam autem ad Hebræos Pauli quidem eſſe affirmat, ſed Hebraïco ſermone utpotè ad Hebræos primum ſcriptam fuiſſe: Lucam verò eandem Græco ſermone ſtudioſè interpretatum, Græcis hominibus edidiſſe. Quare in ea epiſtola & in Actibus Apoſtolorum eundem dictionis colorem D reperiri. Hanc verò inſcriptionem Paulus Apoſtolus, rectè atque ordine omiſſam fuiſſe obſervat. Cum enim Hebræis ſcriberet qui ſiniſtram de ipſo opinionem multò ante combiberant, ipſumque ſuſpectum habebant: prudenti conſilio uſus, illos abſterrere ſtatim ab initio appoſita nominis ſui inſcriptione noluit. Deinde aliquantò poſt his utitur verbis: Jam verò ſicut beatus dicebat Prebyter, quandoquidem Dominus omnipotentis Dei Apoſtolus ad Hebræos miſſus fuerat, præ modeſtia Paulus utpotè qui ad gentes erat directus, Hebreorum Apoſtolum ſe minimè

inſcribit; tùm ob ſuam erga Dominum reverentiam, tùm quòd ex abundanti ad Hebræos ipſe gentium præco & Apoſtolus ſcriberet. Sed & in iiſdem libris Clemens traditionem quandam de ordine Evangeliorum quam à vetuſtioribus Preſbyteris acceperat, refert in hunc modum. Dicebat ex Evangelio, priùs ſcripta eſſe illa quæ ſeriem generis Dominici continent. Marci autem Evangelium ex hujuſmodi occaſione ſcriptum fuiſſe. Cùm Petrus in urbe Roma Verbum Dei publicè prædicaſſet, & Spiritu ſancto afflatus Evangelium promulgaſſet, multi qui aderant Marcum cohortati ſunt, utpote qui Petrum jamdudum ſectatus fuiſſet, & dicta ejus memoriâ teneret, ut quæ ab Apoſtolo prædicata erant conſcriberet. Marcus igitur Evangelium compoſuit, iiſque qui illud ab ipſo rogabant impertiit. Quod cùm Petrus comperiſſet, nec prohibuit omninò rem fieri, nec ut fieret incitavit. At Joannes omnium poſtremus, cùm videret in aliorum Evangeliis ea quæ ad corpus Chriſti pertinent tradita eſſe, ipſe divino Spiritu afflatus ſpiritale Evangelium familiarium ſuorum rogatu conſcripſit. Hactenus Clemens. Porrò Alexander is de quo ſuperius diximus, in quadam ad Origenem epiſtola, Clementis ſimul ac Pantæni tanquam familiarium ſuorum mentionem facit his verbis: Hæc enim Dei voluntas fuit, ut noſti, quò amicitia noſtra jam inde à majoribus inchoata, ſacra atque inviolata maneret, immo ferventior ac firmior redderetur. Patres quippe agnoſcimus beatos illos qui viam nobis præiverunt, & quos brevi ſecuturi ſumus; Pantænum ſcilicet verè beatum ac Dominum meum: & ſanctum Clementem Dominum item meum qui me plurimùm adjuvit: & ſi quis alius fuit hujuſmodi. Per quos tu mihi innotuiſti, Domine ac frater longè omnium præſtantiſſime. Et hæc quidem ita ſe habent. Adamantius verò (id enim etiam Origeni nomen fuit) Zephyrino per hæc tempora Romanam Eccleſiam gubernante, ſe in urbem Romam adveniſſe ſcribit, cùm ſibi in votis fuiſſet, ſicut ipſemet alicubi dicit, Romanam Eccleſiam omnium antiquiſſimam coram videre. Ibi pauliſper moratur, Alexandriam rediit. Ubi conſuetum catechumenos docendi officium omni ſtudio ac diligentia exercuit: Demetrio civitatis Epiſcopo etiamtum il-

A τε τὴν πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν, διὰ τὸ τῆς περιουσίας καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἐπιστέλλειν, ἐθνῶν κήρυκα ὄντα καὶ Ἀπόστολον. αὖθις δ᾽ ἐν τοῖς αὐτοῖς ὁ Κλήμης βιβλίοις περὶ τῆς τάξεως τῶν Εὐαγγελίων παράδοσιν τῶν ἀνέκαθεν πρεσβυτέρων τέθειται, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον. προγεγράφθαι ἔλεγεν τῶν Εὐαγγελίων τὰ περιέχοντα τὰς γενεαλογίας· τὸ δὲ κατὰ Μάρκον, ταύτην ἐσχηκέναι τὴν οἰκονομίαν. τοῦ Πέτρου δημοσίᾳ ἐν Ῥώμῃ κηρύξαντος τὸν λόγον, καὶ πνεύματι τὸ Εὐαγγέλιον ἐξειπόντος, τοὺς παρόντας πολλοὺς ὄντας παρακαλέσαι τὸν B Μάρκον, ὡς ἂν ἀκολουθήσαντα αὐτῷ πόρρωθεν καὶ μεμνημένον τῶν λεχθέντων, ἀναγράψαι τὰ εἰρημένα· ποιήσαντα δὲ τὸ Εὐαγγέλιον, μεταδοῦναι τοῖς δεομένοις αὐτοῦ. ὅπερ ἐπιγνόντα τὸν Πέτρον, προτρεπτικῶς μήτε κωλῦσαι μήτε προτρέψασθαι· τὸν μέντοι Ἰωάννην ἔσχατον συνιδόντα ὅτι τὰ σωματικὰ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις δεδήλωται, προτραπέντα ὑπὸ τῶν γνωρίμων, πνεύματι θεοφορηθέντα, πνευματικὸν ποιῆσαι Εὐαγγέλιον. τοσαῦτα ὁ Κλήμης. πάλιν δ᾽ ὁ δηλωθεὶς Ἀλέξανδρος, τοῦ Κλήμεντος, ἅμα δὲ καὶ τοῦ Παν-C ταίνου ἔν τινι πρὸς Ὠριγένην ἐπιστολῇ μνημονεύει, ὡς δὴ γνωρίμων αὐτῷ γενομένων τῶν ἀνδρῶν. γράφει δὲ οὕτως. τοῦτο γὰρ καὶ θέλημα Θεοῦ ὡς οἶδας γέγονεν, ἵνα ἡ ἀπὸ προγόνων ἡμῖν φιλία μένῃ ἄσυλος· μᾶλλον δὲ θερμοτέρα ᾖ καὶ βεβαιοτέρα. πατέρας γὰρ ἴσμεν τοὺς μακαρίους ἐκείνους τοὺς προοδεύσαντας, πρὸς οὓς μετ᾽ ὀλίγον ἐσόμεθα. Πάνταινον τὸν μακάριον ὡς ἀληθῶς καὶ κύριον. καὶ τὸν ἱερὸν Κλήμεντα, κύριόν μου γενόμενον καὶ ὠφελήσαντά με. καὶ εἴ τις ἕτερος τοιοῦ-D τος· δι᾽ ὧν σε ἐγνώρισα τὸν κατὰ πάντα ἄριστον καὶ κύριόν μου καὶ ἀδελφόν. καὶ ταῦτα μὲν ταῦτα. ὁ γέ τοι Ἀδαμάντιος, καὶ τοῦτο γὰρ ἦν τῷ Ὠριγένει ὄνομα, Ζεφυρίνου κατὰ τούσδε τοὺς χρόνους τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἡγουμένου, ἐπιδημῆσαι τῇ Ῥώμῃ καὶ αὐτός που γράφει λέγων· εὐξάμενος τὴν ἀρχαιοτάτην Ῥωμαίων ἐκκλησίαν ἰδεῖν. ἔνθα οὐ πολὺ διατρίψας, ἐπάνεισιν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. καὶ τὰ συνήθη τῆς κατηχήσεως ἐνταῦθα μετὰ πάσης ἐπλήρου σπουδῆς, Δημητρίου τῶν τῇδε Ἐπισκόπου ἔτι τότε παρορμῶντος αὐτόν, καὶ

μονονουχὶ

μονονουχὶ ἀντιβολοῦντος, ἀόκνως τὴν εἰς τοὺς ἀδελφοὺς ὠφέλειαν ποιεῖσθαι.

A lum hortante, ac tantum non ſupplicante ut fratrum utilitati impigrè ſerviret.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τοῦ Ἡρακλᾶ.

Ὁ δ' ὡς ἑαυτὸν ἑώρα μὴ ἐπαρκοῦντα τῇ τῶν θείων βαθυτέρᾳ σχολῇ, τῇ τε ἐξετάσει καὶ ἑρμηνείᾳ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, καὶ προσέτι τῇ τῶν προσιόντων κατηχήσει, μηδ' ἀναπνεῦσαι συγχωρούντων αὐτῷ, ἑτέρων ἐφ' ἑτέροις ἐξ ἕω καὶ μέχρις ἑσπέρας ἐπὶ τὸ παρ' αὐτῷ διδασκαλεῖον φοιτώντων, διανείμας τὰ πλήθη, τὸν Ἡρακλᾶν τῶν γνωρίμων προκρίνας, ἔν τε τοῖς θείοις σπουδαῖον, καὶ ἄλλως ὄντα λογιώτατον ἄνδρα καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἄμοιρον, κοινωνὸν καθίστη τῆς κατηχήσεως· τῷ μὲν τὴν τῶν ἄρτι στοιχειουμένων εἰσαγωγὴν ἐπιτρέψας· αὐτῷ δὲ τὴν τῶν ἐν ἕξει φυλάξας ἀκρόασιν.

## Caput XV.

*De Heracla.*

CUm autem animadverteret ſe nequaquam ſufficere ad quietiorem rerum divinarum contemplationem, & ad ſacræ Scripturæ ſcrutationem atque interpretationem, ſimulque ad inſtitutionem eorum qui ad ipſum accedebant, per quos ne reſpirare quidem ipſi licebat, cùm alii ſuper alios à primo lu-B cis exortu uſque ad veſperam ſcholam ejus frequentarent: diviſa omni auditorum multitudine, Heraclam ex familiaribus ſuis deligens, virum rerum divinarum ſtudioſum, & alioqui doctiſſimum, nec expertem Philoſophiæ, in docendi officio ſocium ſibi atque adminiſtrum adjunxit. Et huic quidem inſtitutionem eorum qui primis adhuc imbuerentur rudimentis mandavit: ſibi verò perfectiores docendos reſervavit.

Hucreſer Niceph. c. 11. l. 5.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ις'.

Ὅπως Ὠριγένει περὶ τὰς θείας ἐσπουδάκει γραφάς.

Τοσαύτη δὲ εἰσήγετο τῷ Ὠριγένει τῶν θείων λόγων ἀπηκριβωμένη ἐξέτασις, ὡς καὶ τὴν Ἑβραΐδα γλῶτταν ἐκμαθεῖν. τάς τε παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐμφερομένας πρωτοτύπους αὐτοῖς Ἑβραίων στοιχείοις γραφάς, κτῆμα ἴδιον ποιήσασθαι. ἀνιχνεῦσαί τε τὰς τῶν ἑτέρων παρὰ τοὺς ἑβδομήκοντα τὰς ἱερὰς γραφὰς ἡρμηνευκότων ἐκδόσεις. καί τινας ἑτέρας παρὰ τὰς κατημαξευμένας ἑρμηνείας ἐναλλαττούσας, τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος ἐφευρεῖν ἅς οὐκ οἶδ' ὅθεν ἔκ τινων μυχῶν τὸν D πάλαι λανθανούσας χρόνον ἀνιχνεύσας, εἰς φῶς προήγαγεν. ἐφ' ὧν διὰ τὴν ἀδηλότητα, τίνος ἄρ' εἶεν οὐκ εἰδώς, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπεσημήνατο, ὡς ἄρα τὴν μὲν εὕροι ἐν τῇ πρὸς Ἀκτίῳ Νικοπόλει. τὴν δὲ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ τοιῷδε. ἔν γε μὴν τοῖς Ἑξαπλοῖς τῶν Ψαλμῶν μετὰ τὰς ἐπισήμους τέσσαρας ἐκδόσεις, οὐ μόνον πέμπτην, ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην παραθεὶς ἑρμηνείαν, ἐπὶ μιᾶς αὖθις σεσημείωται ὡς ἐν Ἱεριχοῖ εὑρημένης ἐν πίθῳ κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ Σεβήρου. ταύτας δὲ ἁπάσας ἐπὶ ταυτὸν

## Caput XVI.

C *Quantum ſtudium Origenes in divinis Scripturis collocaverit.*

TAntam porrò curam ac diligentiam in divinis Scripturis perſcrutandis adhibebat Origenes, ut Hebraïcam etiam linguam didicerit, & authenticos Scripturarum libros Hebraïcis ſcriptos literis, qui apud Judæos habentur, ſibi comparaverit: aliorum quoque qui præter ſeptuaginta Interpretes ſacras Scripturas interpretati ſunt, editiones perveſtigaverit: nonnullas denique interpretationes à tritis illis & vulgatis Aquilæ ſcilicet ac Symmachi & Theodotionis diverſas repererit. Quas quidem ille ex neſcio quibus erutas angulis in quibus jamdudum delituerant, primus in lucem produxit. Et cùm obſcurum incompertumq; haberet cujuſnam eſſent auctoris, hoc ſolum de ipſis adnotavit, alteram quidem à ſe repertam fuiſſe Nicopoli juxta Actium: alteram verò in alio quodam loco. Quinetiam in Hexaplis Pſalmorum exemplaribus, poſt inſignes illas quatuor editiones cùm non quintam modò ſed etiam ſextam ac ſeptimam apponeret verſionem, rurſus in principio unius notavit inventam illam fuiſſe Hierichunte in dolio, temporibus Antonini Caracallæ qui Severi filius fuit. Has igitur omnes interpretationes cùm in unum

Vide Nicephor. ibid.

corpus collegiſſet, & per certa cola ac membra diſtinxiſſet, & ſibi invicem è regione oppoſuiſſet, unà cum ipſo Hebraïco textu: Hexaplorum nobis exemplaria reliquit; poſtea verò editionem Aquilæ & Symmachi ac Theodotionis cum ſeptuaginta Interpretum verſione ſeorſum in tetraplis digeſſit.

A συναγαγὼν. διελών τε πρὸς κῶλον. καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως, τὰ τῶν λεγομένων Ἑξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα καταλέλοιπεν. ἰδίως τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος ἔκδοσιν ἅμα τῇ τῶν ἑβδομήκοντα ἐν τοῖς τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας.

## Caput XVII.

*De Symmacho Interprete.*

Vide Nicephor. c. 12, l. 5.

SCiendum porrò eſt Symmachum qui unus ex illis Interpretibus fuit, Ebionæum fuiſſe. Eſt autem Ebionæorum hæreſis ita dicta, eorum qui Chriſtum ex Joſepho & Maria genitum, nudumq; hominem eſſe dicunt, & legem Judaïco more ſervandam eſſe contendunt, quemadmodum in ſuperioribus libris retulimus. Exſtant certè etiamnum Commentarii Symmachi, in quibus adverſus Evangelium Matthæi acriter diſputans, ſupradictam hæreſim adſtruere videtur. Atque hos Symmachi Commentarios unà cum aliis ſacræ Scripturæ interpretationibus ab eodem elaboratis, teſtatur Origenes ſe à Juliana quadam accepiſſe, ad quam ij libri ſucceſſionis jure pervenerant.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖʹ.

*Περὶ Συμμάχου τῆς ἑρμηνείας*

ΤΩν γε μὴν ἑρμηνευτῶν αὐτῶν δὴ τούτων ἰστέον, Ἐβιωναῖον τὸν Σύμμαχον γεγονέναι. (B) αἵρεσις δέ ἐστιν ἡ τῶν Ἐβιωναίων οὕτω καλουμένη, τῶν τὸν Χριστὸν ἐξ Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας γεγονέναι φασκόντων, ψιλόν τε ἄνθρωπον ὑπειληφότων αὐτὸν, καὶ τὸν νόμον χρῆναι Ἰουδαϊκώτερον φυλάττειν ἀπισχυριζομένων, ὥς που καὶ ἐκ τῆς πρόσθεν ἱστορίας ἔγνωμεν. καὶ ὑπομνήματα δὲ τοῦ Συμμάχου εἰσέτι νῦν φέρεται. ἐν οἷς δοκεῖ πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος Εὐαγγέλιον, τὴν δεδηλωμένην αἵρεσιν κρατύνειν. ταῦτα δὲ ὁ Ὠριγένης μετὰ καὶ (C) ἄλλων εἰς τὰς γραφὰς ἑρμηνειῶν τοῦ Συμμάχου, σημαίνει παρὰ Ἰουλιανῆς τινὸς εἰληφέναι, ἣν καί φησι παρ' αὐτοῦ Συμμάχου τὰς βίβλους διαδέξασθαι.

## Caput XVIII.

*De Ambroſio.*

Vide Nicephor. ibidem.

PEr idem tempus Ambroſius qui Valentini hæreſim ſectabatur, veritatis quam prædicabat Origenes virtute convictus, & quaſi lumine quodam menti irradiante colluſtratus, ad rectæ fidei quæ in eccleſia prædicatur profeſſionem tranſiit. Alii quoque complures eruditi homines pervulgato ubique Origenis nomine illecti, ad eum confluebant, periculum de ejus viri in ſacris literis peritia facturi. Innumeri præterea hæretici, nec pauci ex illuſtribus Philoſophis, ſtudioſè eum auſcultabant: & præter rerum divinarum ſcientiam, græcanicæ quoque Philoſophiæ præcepta quaſi diſcipuli ex illo percipiebant. Quoſcunque enim ex diſcipulis ſolertia & acumine ingenii præditos animadverterat, eos in Philoſophiam introducebat, Geometriam illis tradens & Aritlimeticam aliaſq; prævias diſciplinas: inde ad varias Philoſophorum ſectas eos perducens, & libros à

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗʹ.

*Περὶ Ἀμβροσίου.*

ΕΝ τούτῳ καὶ Ἀμβρόσιος τὰ τῆς Οὐαλεντίνου φρονῶν αἱρέσεως, πρὸς τῆς ὑπὸ Ὠριγένους πρεσβευομένης ἀληθείας ἐλεγχθεὶς καὶ ὡς ἂν ὑπὸ φωτὸς καταυγασθεὶς τὴν διάνοιαν, τῷ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὀρθοδοξίας προστίθεται λόγῳ· καὶ ἄλλοι δὲ πλεῖστοι τῶν ἀπὸ παιδείας, τῆς περὶ τὸν Ὠριγένην (D) φήμης πανταχόσε βοωμένης, ᾔεσαν ὡς αὐτὸν, πεῖραν τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις ἱκανότητος τἀνδρὸς ληψόμενοι· μυρίοι τε τῶν αἱρετικῶν, φιλοσόφων τε τῶν μάλιστα ἐπιφανῶν οὐκ ὀλίγοι, διὰ σπουδῆς αὐτῷ προσεῖχον, μονονουχὶ πρὸς τοῖς θείοις καὶ τὰ τῆς ἔξωθεν φιλοσοφίας πρὸς αὐτοῦ παιδευόμενοι. εἰσῆγέ τε γὰρ ὅσους εὐφυῶς ἔχοντας ἑώρα καὶ ἐπὶ τὰ φιλόσοφα μαθήματα· Γεωμετρίαν καὶ Ἀριθμητικὴν, καὶ τὰ ἄλλα προπαιδεύματα παραδιδοὺς εἴς τε τὰς αἱρέσεις τὰς παρὰ τοῖς φιλο-

σόφοις προσάγων. καὶ τὰ παρὰ τούτοις συγγράμματα διηγούμενος, ὑπομνηματιζόμενός τε καὶ θεωρῶν εἰς ἕκαστα· ὥστε μέγαν καὶ παρ' αὐτοῖς Ἕλλησι φιλόσοφον τὸν ἄνδρα κηρύττεσθαι. πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἰδιωτικωτέρων ἐνῆγεν ἐπὶ τὰ ἐγκύκλια γράμματα. οὐ μικρὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι φάσκων ἐξ ἐκείνων ἐπιτηδειότητα, εἰς τὴν τῶν θείων γραφῶν θεωρίαν τε καὶ παρασκευήν. ὅθεν μάλιστα καὶ ἑαυτῷ ἀναγκαίαν ἡγήσατο τὴν περὶ τὰ κοσμικὰ καὶ φιλόσοφα μαθήματα ἄσκησιν.

veteribus Philoſophis conſcriptos exponens: Commentarios quoque in ſingulos ſcribens, & reconditos ſenſus penitus inquirens: adeo ut apud ipſos etiam Gentiles ſummus Philoſophus pronuntiaretur. Ex rudioribus verò atque hebetioris ingenii diſcipulis, multos ad humaniorum artium ſtudia cohortabatur: aſſerens non mediocrem illos facultatem ex hujuſmodi ſtudiis percepturos eſſe ad ſacrarum Scripturarum intelligentiam. quocircà ſæcularis literaturæ & Philoſophiæ ſtudia ſibi quoq; inprimis neceſſaria eſſe exiſtimavit.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘʹ.

*Ὅσα περὶ Ὠριγένους μνημονεύεται.*

Μάρτυρες δὲ καὶ τῆς περὶ ταῦτα αὐτοῦ κατορθώσεως, αὐτῶν Ἑλλήνων οἱ κατ' αὐτὸν ἠκμακότες φιλόσοφοι· ὧν ἐν συγγράμμασι, πολλὴν μνήμην εὕρομεν τοῦ ἀνδρός· τοτὲ μὲν αὐτῷ προσφωνούντων τοὺς ἑαυτῶν λόγους. τοτὲ δὲ ὡς διδασκάλῳ, εἰς ἐπίκρισιν τοὺς ἰδίους ἀναφερόντων πόνους. τί δεῖ ταῦτα λέγειν, ὅτε καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ καταστὰς Πορφύριος, συγγράμματα καθ' ἡμῶν ἐνστησάμενος. καὶ δι' αὐτῶν τὰς θείας γραφὰς διαβάλλειν πεπειραμένος. τῶν τε εἰς αὐτὰς ἐξηγησαμένων μνημονεύσας. μηδὲν μηδαμῶς φαῦλον ἔγκλημα τοῖς δόγμασιν ἐπιβαλεῖν δυνηθεὶς, ἀπορίᾳ λόγων, ἐπὶ τὸ λοιδορεῖν τρέπεται. καὶ τοὺς ἐξηγητὰς διαβάλλειν, ὧν μάλιστα τὸν Ὠριγένην· ὃν κατὰ τὴν νέαν ἡλικίαν ἐγνωκέναι φήσας, διαβάλλειν μὲν πειρᾶται. συνιστῶν δὲ ἄρα τὸν ἄνδρα ἐλάνθανε· τὰ μὲν ἐπαληθεύων, ἐν οἷς οὐδ' ἑτέρως αὐτῷ λέγειν ἦν δυνατόν. τὰ δὲ καὶ ψευδόμενος, ἐν οἷς λήσεσθαι ἐνόμιζε· καὶ τοτὲ μὲν ὡς Χριστιανοῦ κατηγορῶν. τοτὲ δὲ τὴν περὶ τὰ φιλόσοφα μαθήματα ἐπίδοσιν αὐτοῦ θαυμάζων καὶ διαγράφων. ἄκουε δ' οὖν ἅ φησι κατὰ λέξιν. τῆς δὴ μοχθηρίας τῶν Ἰουδαϊκῶν γραφῶν οὐκ ἀπόστασιν. λύσιν δέ τινες εὑρεῖν προθυμηθέντες, ἐπ' ἐξηγήσεις ἐτράποντο ἀσυγκλώστους καὶ ἀναρμόστους τοῖς γεγραμμένοις. οὐκ ἀπολογίαν μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ὀθνείων, παραδοχὴν δὲ καὶ ἔπαινον τοῖς οἰκείοις φερούσας. αἰνίγματα γὰρ τὰ φανερῶς παρὰ Μωϋσεῖ λεγόμενα εἶναι κομπάσαντες, καὶ ἐπιθειάσαντες ὡς

## Caput XIX.

*Quæ de Origene à Gentilibus commemorata ſint.*

QUantum porrò in iis ſtudiis excelluerit, teſtes ſunt ipſi Gentilium Philoſophi qui ejus ætate floruerunt. Quorum in libris crebram hujus viri mentionem fieri deprehendimus, dum vel proprios libros ei nuncupant, vel eoſdem examinandos tanquam ad magiſtrum ſuum dirigunt. Sed quid de iis dico, quando & ipſe Porphyrius qui noſtra propemodum memoria in Sicilia degens, contra fidem noſtram libros conſcripſit, in quibus divinas Scripturas calumniari conatus eſt: mentionem faciens eorum qui illas interpretati ſunt, cùm dogmata ipſa atq; aſſertiones nullatenus poſſet reprehendere, præ rationum inopia ad convitia converſus, interpretes ipſos criminatur. Ex quibus præcipuè Origenem, quem ſibi adhuc adoleſcenti cognitum eſſe dicit, calumniari quidem nititur; reverà tamen hominem imprudens commendat; partim vera dicendo, ubi aliter dicere non poterat; partim mentiendo, quoties ſe latere poſſe ſperabat. Interdumque eum utpote Chriſtianum accuſat: interdum eximiam ejus doctrinam in Philoſophicis admiratur & prædicat. Sed ipſa illius verba, ſi placet, audiamus: Quidam, inquit, nequitiæ Judaïcarum ſcripturarum ſolutionem potiùs, quàm deſertionem inveſtigare cupientes, ad expoſitiones quaſdam converſi ſunt malè cohærentes, nec Scripturis ipſis ſatis accommodatas: quæ non defenſionem peregrinæ illius ſectæ, ſed potius approbationem & laudem ſuæ ipſorum doctrinæ continerent. Poſtquam enim ea quæ à Moſe apertiſſimè dicta ſunt, figuras quaſdam atque adumbratas imagines eſſe

Vide Niceph. c. 12 & 13. l. 5.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

jactarunt, ac veluti oracula arcanis plena myſteriis divino quodam cultu proſecuti ſunt, hujuſmodi vanitatis præſtigiis mentis acie quodammodo faſcinata, expoſitiones ſuas deinceps proferunt. Et aliquantò poſt. Hujus autem abſurditatis exemplum ſumatur ex eo viro quem ego admodum adoleſcens videre memini, qui & tunc temporis maximam laudem adeptus fuerat, & nunc quoque ob ea quæ reliquit ingenii ſui monumenta magnoperè comprobatur: Origene ſcilicet, cujus gloria apud doctrinæ hujus magiſtros eximia habetur. Hic enim cùm auditor fuiſſet Ammonii illius qui noſtra ætate maximos progreſſus in Philoſophia fecerat: quod quidem ad doctrinam pertinet Philoſophiæ, plurimùm ex magiſtri ſermonibus profecit; quod verò ſpectat ad rectum vitæ inſtitutum atque propoſitum, planè contrariam viam ingreſſus eſt. Quippè Ammonius cùm Chriſtianus inter parentes Chriſtianos educatus fuiſſet: ſimulatque per ætatem ſapere potuit & Philoſophiæ limen attingere, ſtatim ad vivendi rationem legib⁹ conſentientem deſcivit. Origenes verò cùm Gentilis eſſet & Gentilium innutritus diſciplinis, ad barbaram declinavit audaciam: cui ſeipſum mancipans, & ſe & quem adeptus fuerat uſum in Philoſophia, adulteravit: quantumquidem ad mores, Chriſtiano ritu & adverſus legum præſcripta vivens; quantùm verò ad opiniones de rebus ipſis ac de Deo ſpectat, græciſſans, & Græcorum ſeu Gentilium ſermones peregrinis ſupponens fabulis. Verſabatur enim aſſiduè cum Platone. Numenii quoq;, Cronii, Apollophanis & Longini, Moderati etiam ac Nicomachi, & aliorum qui inter Pythagoricos præcipui habentur, Scripta quotidie habebat in manibus. Adhibebat etiam Cheremonis Stoïci & Cornuti libros. A quibus cùm allegoricum in explicandis Græcorum myſteriis modum didiciſſet, eum Judaïcis Scripturis adhibuit. Hęc Porphyrius in libro tertio ejus operis quod adverſus Chriſtianos compoſuit. Qui de viri quidem illius ſtudio & multiplici doctrina veriſſimè pronuntiavit. Sed in eo maniſeſtiſſimè mentit⁹ eſt, (quomodo enim non mentiretur qui adverſus Chriſtianos ſcribebat) quòd ipſum quidem à Gentilibus ad Chriſtianos tranſiiſſe dicit; Ammonium verò à veri Numinis cultu ad Gentilium ritum ſe contuliſſe. Nam & Origenes Chriſtianæ fidei doctrinam à majoribus ſuis acceptam ſervavit, ut in ſuperioribus

A θεσπίσματα πλήρη κρυφίων μυστηρίων, διά τε τοῦ τύφου τὸ κριτικὸν τῆς ψυχῆς καταγοητεύσαντες, ἐπάγουσιν ἐξηγήσεις. εἶτα μεθ' ἕτερα φησίν. ὁ δὲ τρόπος τῆς ἀτοπίας, ἐξ ἀνδρὸς ᾧ κἀγὼ κομιδῆ νέος ὢν ἔτι ἐντετύχηκα, σφόδρα εὐδοκιμήσαντος. καὶ ἔτι δι' ὧν καταλέλοιπε συγγραμμάτων εὐδοκιμοῦντος παρειλήφθω Ὠριγένους, οὗ κλέος παρὰ τοῖς διδασκάλοις τούτων τῶν λόγων μέγα διαδέδοται. ἀκροατὴς γὰρ οὗτος Ἀμμωνίου τοῦ πλείστην ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνους ἐπίδοσιν ἐν φιλοσοφίᾳ
B ἐσχηκότος γεγονώς. εἰς μὲν τὴν τῶν λόγων ἐμπειρίαν, πολλὴν παρὰ τοῦ διδασκάλου τὴν ὠφέλειαν ἐκτήσατο· εἰς δὲ τὴν ὀρθὴν τοῦ βίου προαίρεσιν, τὴν ἐναντίαν ἐκείνῳ τοῦ βίου πορείαν ἐποιήσατο. Ἀμμώνιος μὲν γὰρ χριστιανὸς ἐν χριστιανοῖς ἀνατραφεὶς τοῖς γονεῦσιν, ὅτε τοῦ φρονεῖν καὶ τῆς φιλοσοφίας ἥψατο, εὐθὺς πρὸς τὴν κατὰ νόμους πολιτείαν μετεβάλετο· Ὠριγένης δὲ ἕλλην ἐν ἕλλησι παιδευθεὶς λόγοις, πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξώκειλε τόλμημα· ᾧ δὴ φέρων αὐτόν τε καὶ τὴν
C ἐν τοῖς λόγοις ἕξιν ἐκαπήλευσε. κατὰ μὲν τὸν βίον, χριστιανῶς ζῶν καὶ παρανόμως. κατὰ δὲ τὰς περὶ τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ θείου δόξας, ἑλληνίζων τε καὶ τὰ Ἑλλήνων τοῖς ὀθνείοις ὑποβαλλόμενος μύθοις. συνῆν τε γὰρ ἀεὶ τῷ Πλάτωνι. τοῖς τε Νουμηνίου καὶ Κρονίου. Ἀπολλοφάνους τε καὶ Λογγίνου. καὶ Μοδεράτου Νικομάχου τε καὶ τῶν ἐν τοῖς Πυθαγορείοις ἐλλογίμων ἀνδρῶν ὡμίλει συγγράμμασιν· ἐχρῆτο δὲ καὶ Χαιρήμονος τοῦ Στωικοῦ, Κορνούτου τε ταῖς βίβλοις. παρ' ὧν τὸν μεταληπτικὸν τῶν παρ' ἕλλησι μυστηρίων γνοὺς τρόπον, ταῖς Ἰουδαϊκαῖς προσῆψε γραφαῖς. ταῦτα τῷ Πορφυρίῳ κατὰ τὸ τρίτον σύγγραμμα τῶν γραφέντων
D αὐτῷ κατὰ χριστιανῶν εἴρηται. ἐπαληθεύσας μὲν περὶ τῆς τἀνδρὸς ἀσκήσεως καὶ πολυμαθείας. ψευσάμενος δὲ σαφῶς. τί γὰρ οὐκ ἔμελλεν ὁ κατὰ χριστιανῶν. ἐν οἷς αὐτὸν μὲν φησὶν ἐξ Ἑλλήνων μετατεθεῖσθαι. τὸν δὲ Ἀμμώνιον ἐκ βίου τοῦ κατὰ τὴν θεοσέβειαν, ἐπὶ τὸν ἐθνικὸν τρόπον ἐκπεσεῖν. ὁ τε γὰρ Ὠριγένει τὰ τῆς κατὰ χριστὸν διδασκαλίας ἐκ προγόνων ἐσώζετο. ὡς καὶ τὰ τῆς πρόσθεν ἱστορίας ἐδήλου

τῷ τε Ἀμμωνίῳ τὰ τῆς ἐνθέου φιλοσοφίας
ἀκέραια καὶ ἀδιάπτωτα, καὶ μέχρις ἐσχάτης τοῦ
βίου διέμενε τελευτῆς. ὥς που καὶ οἱ τἀνδρὸς εἰ-
σέτι νῦν μαρτυροῦσι πόνοι, δι' ὧν κατέλιπε συγ-
γραμμάτων παρὰ τοῖς πλείστοις εὐδοκιμοῦν-
τος· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ ἐπιγεγραμμένος περὶ τῆς
Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ συμφωνίας, καὶ ὅσοι ἄλλοι
παρὰ τοῖς φιλοκάλοις εὕρηνται. ταῦτα μὲν
οὖν εἰς παράστασιν ἐγκείσθω, τῆς τε τοῦ ψευδη-
γόρου συκοφαντίας, καὶ τῆς Ὠριγένους καὶ περὶ
τὰ Ἑλλήνων μαθήματα πολυπειρίας· περὶ ἧς
πρός τινας μεμψαμένους αὐτῷ διὰ τὴν περὶ
ἐκεῖνα σπουδὴν ἀπολογούμενος, ἐν ἐπιστολῇ
τινὶ ταῦτα γράφει. ἐπεὶ δὲ ἀνακειμένῳ μοι τῷ
λόγῳ, τῆς φήμης διατρεχούσης περὶ τῆς ἕξεως
ἡμῶν, προσῄεσαν ὅτε μὲν αἱρετικοὶ, ὅτε δὲ οἱ
ἀπὸ τῶν ἑλληνικῶν μαθημάτων, καὶ μάλιστα
τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, ἔδοξεν ἐξετάσαι τά τε
τῶν αἱρετικῶν δόγματα, καὶ τὰ τῶν φιλοσό-
φων περὶ ἀληθείας λέγειν ἐπαγγελλόμενα. τοῦ-
το δὲ πεποιήκαμεν, μιμησάμενοί τε τὸν πρὸ
ἡμῶν πολλοὺς ὠφελήσαντα Πάνταινον, οὐκ
ὀλίγην ἐν ἐκείνοις ἐσχηκότα παρασκευήν. καὶ
τὸν νῦν ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ καθεζόμενον Ἀλε-
ξανδρέων Ἡρακλᾶν· ὅντινα εὗρον παρὰ τῷ
διδασκάλῳ τῶν φιλοσόφων μαθημάτων,
ἤδη πέντε ἔτεσιν αὐτῷ προσκαρτερήσαντα,
πρὶν ἐμὲ ἄρξασθαι ἀκούειν ἐκείνων τῶν λόγων.
διὸ καὶ πρότερον κοινῇ ἐσθῆτι χρώμενος, ἀπο-
δυσάμενος καὶ φιλόσοφον ἀναλαβὼν σχῆμα,
μέχρι τοῦ δεῦρο τηρεῖ. βιβλία τε Ἑλλήνων κα-
τὰ δύναμιν οὐ παύεται φιλολογῶν. καὶ ταῦ-
τα μὲν αὐτῷ περὶ τῆς ἑλληνικῆς ἀσκήσεως ἀπο-
λογουμένῳ εἴρηται. κατὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον
ἐπ' Ἀλεξανδρείας αὐτῷ τὰς διατριβὰς ποιου-
μένῳ, ἐπιστάς τις τῶν στρατιωτικῶν, ἀνεδίδου
γράμματα. Δημητρίῳ τε τῷ τῆς παροικίας
Ἐπισκόπῳ, καὶ τῷ τότε τῆς Αἰγύπτου ἐπάρ-
χῳ, παρὰ τοῦ τῆς Ἀραβίας ἡγουμένου. ὡς ἂν
μετὰ σπουδῆς ἁπάσης τὸν Ὠριγένην πέμψοιεν
κοινωνήσοντα λόγων αὐτῷ. τοιγαροῦν προ-
πεμφθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἀφικνεῖται ἐπὶ τὴν
Ἀραβίαν. οὐκ εἰς μακρὸν δὲ τὰ τῆς ἀφίξεως
εἰς πέρας ἀγαγὼν, αὖθις ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν
ἐπανῄει. χρόνου δὲ μεταξὺ διαγενομένου, οὐ

A oſtendimus: & Ammonius divinæ Phi-
loſophiæ præcepta ad extremum uſque
terminum vitæ integra atque immota
retinuit. Teſtantur id etiamnum lucu-
brationes viri illius ob ea quæ reliquit
ingenii monumenta celeberrimi: ex-
empli gratiâ liber ille cui titulus eſt: De
conſenſu Moſis ac Jeſu: & quicumque
alii apud Studioſos reperiuntur. Atque
hæc à nobis dicta ſint, tùm ad convin-
cendam mendaciſſimi hominis calu-
mniam, tùm ad eximiam Origenis in
Græcanicis diſciplinis eruditionem de-
clarandam. De qua ipſe in epiſtola qua-
B dam adverſus eos qui nimium ejus ſtu-
dium erga hujuſmodi diſciplinas repre-
hendebant, ſeipſum purgans ità ſcri-
bit: Cùm verò totum me addixiſſem
Verbo Dei, ac de noſtra eruditione fa-
ma jam crebrior ſpargeretur, confluen-
tibus ad me nunc hæreticis, nunc Græ-
carum diſciplinarum Studioſis, & ma-
ximè Philoſophis: ſcrutari hæretico-
rum dogmata, & quæcunque à Philo-
ſophis de veritate jactantur, excutere
conſtitui. Atque hoc fecimus, tùm
Pantæni illius qui ante nos multis pro-
fuit, exemplum ſecuti, qui quidem hu-
juſmodi cognitione non mediocriter
inſtructus fuit: tùm Heraclæ qui nunc
C inter Preſbyteros Alexandrinæ ſedet
eccleſiæ: quem ego apud magiſtrum
Philoſophiæ reperi, quintum jam an-
num ei operam dantem, priuſquam
ego ejuſmodi doctrinam auſcultare cœ-
piſſem. Atque idcircò cum vulgari ve-
ſte anteà uſus fuiſſet, eâ depoſitâ Phi-
loſophicum induit habitum, quem et-
iamnum retinens, Græcorum libros
ſtudioſè evolvere non deſiſtit. Hæc ab
Origene dicta ſunt, ut ſtudium illud
quod Græcis diſciplinis impenderat,
excuſaret. Sub idem tempus cùm A-
D lexandriæ moraretur, miles quidam
adveniens, Demetrio Eccleſiæ Epi-
ſcopo, & Præfecto Ægypti literas à
Duce Arabiæ detulit, quibus poſcebat
ut confeſtim ad ſe Origenem mitte-
rent, qui doctrinam ſuam ipſi commu-
nicaret. Miſſus igitur ab illis Orige-
nes, in Arabiam perrexit. Nec mul-
tò poſt perfecto cujus cauſa venerat ne-
gotio, Alexandriam regreſſus eſt. Ali-
quanto poſt tempore cùm Alexandriæ
graviſſimum bellum excitatum fuiſſet:
clam indè aufugiens, ac ne in Ægypto

σμικροῦ κατὰ τὴν πόλιν ἀναρριπισθέντος πολέμου. ὑπεξελθὼν τῆς Ἀλεξαν-
δρείας, καὶ μηδὲ τὰς κατ' Αἴγυπτον διατριβὰς ἀσφαλεῖς ἑαυτῷ ἡγούμενος.

quidem commorari tutum ratus, Palæſtinam petiit, & Cæſareæ domicilium fixit. Ubi etiam ab illius regionis Epiſcopis rogatus eſt, ut publicè in Eccleſia diſſereret, & divinas Scripturas, tametſi nondum Presbyter ordinatus exponeret. Atque id manifeſtum fuerit vel ex iis quæ Alexander Hieroſolymorum & Theoctiſtus Cæſarienſis Epiſcopus ad Demetrium pro hujus facti defenſione ſcribunt in hunc modum: Quod verò in literis tuis adjeciſti, nunquam anteà viſum nec adhuc factum fuiſſe, ut præſentibus Epiſcopis Laïci concionarentur: in eo neſcio quomodo à veritate longiſſimè aberraſti. Nam ſicubi reperiuntur qui fratribus prodeſſe poſſint, eos ſancti Epiſcopi ultrò adhortantur ut ad populum conciones habeant. Sic Evelpis Larandis rogatus eſt à Neone; Paulinus Iconii à Celſo: Theodorus apud Synnada ab Attico fratribus noſtris beatiſſimis. Idque etiam alibi fieri credibile eſt, quamvis nos ignoremus. In hunc modum ſupradictus Origenes dum adhuc juvenis eſſet, non ſolùm à notis & domeſticis, verùm etiam ab exterarum regionum Epiſcopis colebatur. Sed cùm Demetrius per literas eum revocaſſet, miſſiſque Eccleſiæ ſuæ Diaconis reditum ejus urgere non deſtitiſſet: Alexandriam reverſus conſuetum munus obiit.

A ἐλθὼν ἐπὶ Παλαιστίνης, ἐν Καισαρείᾳ τὰς δια- τριβὰς ἐποιεῖτο· ἔνθα καὶ διαλέγεσθαι, τάς τε θείας ἑρμηνεύειν γραφὰς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκ- κλησίας οἱ τῇδε Ἐπίσκοποι, καίτοι τῆς τοῦ πρεσ- βυτερίου χειροτονίας οὐδέπω τετυχηκότα αὐτὸν ἠξίουν. ὃ καὶ αὐτὸ γένοιτ' ἂν ἔκδηλον, ἀφ' ὧν πε- ρὶ τούτου Δημητρίῳ γράφοντες, Ἀλέξανδρος ὁ Ἱεροσολύμων Ἐπίσκοπος καὶ Θεόκτιστος ὁ Και- σαρείας, ὧδέ πως ἀπολογοῦνται. προσέθηκας δὲ τοῖς γράμμασιν, ὅτι τοῦτο οὐδέποτε ἠκούσθη, οὐδὲ νῦν γεγένηται, τὸ, παρόντων Ἐπισκόπων λαϊκοὺς ὁμιλεῖν. οὐκ οἶδ' ὅπως προφανῶς οὐκ B ἀληθῆ λέγων. ὅπου γοῦν εὑρίσκονται οἱ ἐπιτή- δειοι πρὸς τὸ ὠφελεῖν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ παρα- καλοῦνται τῷ λαῷ προσομιλεῖν, ὑπὸ τῶν ἁ- γίων Ἐπισκόπων· ὥσπερ ἐν Λαράνδοις Εὔελ- πις ὑπὸ Νέωνος. καὶ ἐν Ἰκονίῳ Παυλῖνος ὑπὸ Κέλσου· καὶ ἐν Συννάδοις Θεόδωρος ὑπὸ Ἀτ- τικοῦ τῶν μακαρίων ἀδελφῶν. εἰκὸς δὲ καὶ ἐν ἄλλοις τόποις τοῦτο γίνεσθαι, ἡμᾶς δὲ μὴ εἰδέ- ναι. τοῦτον καὶ ἔτι νέος ὢν ὁ δηλούμενος ἀνὴρ Ὠριγένης, οὐ πρὸς μόνων τῶν συνήθων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπὶ ξένης Ἐπισκόπων ἐτιμᾶτο τὸν τρό- πον. ἀλλὰ γὰρ αὖθις τοῦ Δημητρίου διὰ γραμ- C μάτων αὐτὸν ἀνακαλέσαντος, δι' ἀνδρῶν τε διακόνων τῆς ἐκκλησίας ἐπισπεύσαντος ἐ- πανελθεῖν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἀφικόμε- νος τὰς συνήθεις ἐπετέλει σπουδάς.

## Caput XX.

*Quinam Scriptorum ejus ætatis libri ad nos pervenerint.*

Huc refer Niceph. c. 15. l. 5.

EAdem tempeſtate multi eccleſiaſtici viri doctrinâ excellentes florebant: quorum epiſtolas quas ad ſe viciſſim ſcripſerunt, hactenus aſſervatas facilè eſt reperire. Exſtant enim noſtra quoque ætate in Bibliotheca Æliæ urbis, ab Alexandro Eccleſiæ illius Epiſcopo constructa. Ex qua nos uberrimam materiam ad argumenti hujus quod præ manibus habemus tractationem, in unum collegimus. Inter hos fuit Beryllus Boſtrenorum in Arabia Epiſcopus, qui præter epiſtolas & lucubrationes, varia quoque elegantis ingenii monumenta dereliquit. Similiter & Hyppolytus alterius cujuſdam Eccleſiæ Epiſcopus. Pervenit etiam ad nos Caji diſertiſſimi viri diſputatio Romæ habita temporibus Zephyrini, adverſus Proclum quemdam Cata-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

*Ὅσοι τῶν τηνικάδε φέρονται λόγοι.*

ΗΚμαζον δὲ κατὰ τοῦτο πλείους λόγιοι καὶ ἐκκλησιαστικοὶ ἄνδρες. ὧν καὶ ἐπιστολὰς ἃς πρὸς ἀλλήλους διεχάραττον, ἔτι νῦν σωζομένας εὑρεῖν εὔπορον· αἳ καὶ εἰς ἡμᾶς ἐφυ- D λάχθησαν ἐν τῇ κατὰ τὴν Αἰλίαν βιβλιοθήκῃ, πρὸς τοῦ τηνικάδε τὴν αὐτόθι διέποντος ἐκκλησίαν Ἀλεξάνδρου ἐπισκευασθείσῃ. ἀφ' ἧς καὶ αὐτοὶ τὰς ὕλας τῆς μετὰ χεῖρας ὑποθέσεως ἐπὶ ταυτὸ συναγαγεῖν δεδυνήμεθα. τούτων Βήρυλλος σὺν ἐπιστολαῖς καὶ συγγράμμασι διαφόρους φιλοκαλίας καταλέλοιπεν. Ἐπίσκοπος δ' οὗτος ἦν τῶν κατὰ Βόστραν Ἀράβων· ὡσαύτως δὲ καὶ Ἱππόλυτος ἑτέρας που καὶ αὐτὸς προεστὼς ἐκκλησίας. ἦλθε δὲ εἰς ἡμᾶς καὶ Γαΐου λογιωτάτου ἀνδρὸς διάλογος, ἐπὶ Ῥώμης κατὰ Ζεφυρῖνον πρὸς

Πρόκλον τῆς κατὰ Φρύγας αἱρέσεως ὑπερμαχοῦντα κεκινημένος· ἐν ᾧ τῶν δι' ἐναντίας τὴν περὶ τὸ συντάττειν καινὰς γραφὰς προπέτειάν τε καὶ τόλμαν ἐπιστομίζων, τῶν τοῦ ἱεροῦ Ἀποστόλου δεκατριῶν μόνων ἐπιστολῶν μνημονεύει, τὴν πρὸς Ἑβραίους μὴ συναριθμήσας ταῖς λοιπαῖς. ἐπεὶ καὶ εἰς δεῦρο παρὰ Ῥωμαίων τισὶν, οὐ νομίζεται τοῦ Ἀποστόλου τυγχάνειν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ὅσοι κατὰ τούσδε ἐπίσκοποι ἐγνωρίζοντο.

Ἀλλὰ γὰρ Ἀντωνῖνον ἔτη βασιλεύσαντα ἑπτὰ καὶ μῆνας ἕξ, Μακρῖνος διαδέχεται. τούτου δ' ἐπ' ἐνιαυτὸν διαγενομένου, αὖθις ἕτερος Ἀντωνῖνος τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν παραλαμβάνει. οὗ κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος, ὁ Ῥωμαίων Ἐπίσκοπος Ζεφυρῖνος μεταλλάττει τὸν βίον, ὅλοις ὀκτωκαίδεκα διακατασχὼν ἔτεσι τὴν λειτουργίαν. μεθ' ὃν Κάλλιστος τὴν Ἐπισκοπὴν ἐγχειρίζεται· ὃς ἐπιβιώσας ἔτη πέντε, Οὐρβανῷ τὴν ἐκκλησίαν καταλείπει. Αὐτοκράτωρ Ἀλέξανδρος ἐπὶ τούτοις διαδέχεται τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, ἐπὶ τέτταρσι μόνοις ἔτεσιν Ἀντωνίνου διαγενομένου. ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας Ἀσκληπιάδην Φιλητὸς διαδέχεται. τοῦ δὲ Αὐτοκράτορος μήτηρ Μαμαία τοὔνομα. γυνὴ θεοσεβεστάτη εἰ καί τις ἄλλη γεγονυῖα καὶ εὐλαβὴς τὸν τρόπον, τῆς Ὠριγένους πανταχόσε βοωμένης φήμης. ὡς καὶ μέχρι τῶν αὐτῆς ἐλθεῖν ἀκοῶν, περὶ πολλοῦ ποιεῖται τοῦ ἀνδρὸς θέας ἀξιωθῆναι, καὶ τῆς ὑπὸ πάντων θαυμαζομένης περὶ τὰ θεῖα συνέσεως αὐτοῦ πεῖραν λαβεῖν. ἐπ' Ἀντιοχείας δῆτα διατρίβουσα, μετὰ στρατιωτικῆς δορυφορίας αὐτὸν ἀνακαλεῖται. παρ' ᾗ χρόνον διατρίψας, πλεῖστά τε ὅσα εἰς τὴν τοῦ Κυρίου δόξαν καὶ τῆς τοῦ θείου διδασκαλείου ἀρετῆς ἐπιδειξάμενος, ἐπὶ τὰς συνήθεις ἔσπευδε διατριβάς.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ὅσα τοῦ Ἱππολύτου εἰς ἡμᾶς ἦλθεν.

Τότε δῆτα καὶ Ἱππόλυτος συντάττων, μετὰ πλείστων ἄλλων ὑπομνημάτων, καὶ τὸ περὶ τοῦ Πάσχα πεποίηται σύγγραμμα· ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος, καί τινα κανόνα ἑκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ πάσχα

A phrygarum hæreſis propugnatorem. In qua ille dum adverſariorum in componendis novis Scripturis temeritatem & audaciam ſuggillat, tredecim ſolum divini Apoſtoli commemorat epiſtolas: eam quæ ad Hebræos inſcripta eſt, cum reliquis non adnumerans. Sanè hęc epiſtola etiamnum à quibuſdam Romanis Apoſtoli eſſe non creditur.

## Caput XXI.

*Quinam eo tempore Epiſcopi claruerunt.*

B Ceterùm Antonino cùm per annos ſeptem ſexque admodum menſes imperaviſſet, ſucceſſit Macrinus. Qui cum uſque ad anni unius ſpatium vitam ſimul atque Imperium protraxiſſet, alius denuò Antoninus principatum Romanum accepit. Hujus primo Imperii anno Zephyrinus Romanæ urbis Epiſcopus abiit è vita, cùm per annos octodecim ſacerdotium obtinuiſſet. Poſt quem Calliſtus epiſcopatum ſuſcepit: qui cùm quinquennio ſuperſtes vixiſſet, Urbano eccleſiam regendam dereliquit. Alexander poſthæc Romanum Imperium capeſſivit, cùm Antoninus C quadriennium duntaxat regnaviſſet. Quo quidem tempore apud Antiochiam mortuo Aſclepiade, epiſcopatum ejus eccleſiæ ſortitus eſt Philetus. Porrò mater Alexandri Imperatoris Mamæa nomine, pia inprimis ac religioſa femina, cum Origenis nomen ubique jam celeberrimum haberetur, adeo ut ad ipſius quoque aures perlatum eſſet; conſpectu ejus frui, & ſcientiam rerum divinarum quam omnes in eo viro magnoperè admirabantur certiſſimo experimento cognoſcere concupivit. Igitur illa Antiochiæ D degens, miſſo militari ſatellitio hominem accerſit. Qui apud eam aliquandiu commoratus, cùm innumera illi documenta exhibuiſſet ad Domini gloriam & ad divinæ illius prædicationis potentiam declarandam, ad conſuetas maturè ſedes regreſſus eſt.

Huc refer Niceph. c. 26. l. 5.

## Caput XXII.

*Quæ Hippolyti Opera ad nos pervenerint.*

Eodem tempore & Hippolytus inter plurima alia ingenii ſui monumenta, librum de Paſcha compoſuit: in quo temporum ſeriem deſcribens, & canonem quemdam Paſchalem per ſedecim annorum circuitum exhibens, anno pri-

Vide Nicephor. l. 5. c 15.

mo Imperatoris Alexandri computationem temporum circumſcribit. Ex reliquis autem illius Scriptis, hæc ſunt quæ ad notitiam noſtram pervenerunt. In opus ſex dierum. In ea quæ poſt ſex dies conſecuta ſunt. Adverſus Marcionem. In Canticum Canticorum. In capita quædam Ezechielis: de Paſcha. Adverſus omnes hæreſes. Sed & alia plurima apud alios aſſervata licet reperire.

## Caput XXIII.

*De Origenis ſtudio: & quomodo Presbyterii honorem adeptus eſt.*

Huc refer Niceph. c. 18. l. 5.

Ex eo tempore etiam Origenes in divinas Scripturas Commentarios cœpit conſcribere: Ambroſio innumeris ſtimulis eum incitante, nec ſolùm verbis atque hortationibus, ſed etiam largiſſimis rerum neceſſariarum præbitionibus. Quippe ſeptem & amplius Notarii dictanti illi præſto aderant, qui præſtituto tempore ſibi per vices ſuccedebant: nec pauciores antiquarii ſimul cum puellis elegantius ſcribere aſſuetis: quibus omnibus neceſſarios ſumptus copioſè ſubminiſtrabat Ambroſius. Sed & incredibilem quamdam alacritatem in hoc ſacrarum literarum ſtudio ipſe pro virili parte conferebat: qua quidem re potiſſimum Origenes ad ſcribendos Commentarios impellebatur. Hæc dum ita geruntur, Urbanum Eccleſiæ Romanæ Pontificatu octennio perfunctum excepit Pontianus: Antiochenam verò Eccleſiam poſt Philetum Zebinus regendam accepit. Quo tempore Origenes compellente ipſum neceſſitate ob Eccleſiaſtica negotia in Achaïam profectus: cum per Palæſtinam tranſiret, Presbyterii gradum per impoſitionem manuum Cæſareæ ab illius regionis Epiſcopis accepit. Porrò qui deinceps motus ejus causâ fuerint concitati, & quæ ſuper iiſdem motibus à Præſulibus Eccleſiarum conſtituta ſint: & quæcunque alia vigens ipſe ac florens in prædicatione Verbi divini contulit, cum proprium opus requirant, in ſecundo libro defenſionis quam pro illo conſcripſimus, ſufficienter à nobis ſunt expoſita.

A προθεὶς, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος αὐτοκράτορος Ἀλεξάνδρου τοὺς χρόνους περιγράφει. τῶν λοιπῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα, ἔστι τάδε· εἰς τὴν ἑξαήμερον. εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον· πρὸς Μαρκίωνα· εἰς τὸ ᾆσμα· εἰς μέρη τοῦ Ἰεζεκιὴλ· περὶ τοῦ Πάσχα· πρὸς ἁπάσας τὰς αἱρέσεις. πλεῖστά τε ἄλλα καὶ παρὰ πολλοῖς εὕροις ἂν σωζόμενα.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ΄.

Περὶ τῆς Ὠριγένους σπουδῆς, καὶ ὡς τῆς ἐκκλησιαστικῆς πρεσβείας ἠξιώθη.

B Ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ Ὠριγένει τῶν εἰς τὰς θείας γραφὰς ὑπομνημάτων ἐγίνετο ἀρχὴ, Ἀμβροσίου ἐς τὰ μάλιστα παρορμῶντος αὐτὸν μυρίαις ὅσαις οὐ μόνον προτροπαῖς, ταῖς διὰ λόγων καὶ παρακλήσεσιν αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφθονωτάταις τῶν ἐπιτηδείων χορηγίαις. ταχυγράφοι γὰρ αὐτῷ πλείους ἢ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν παρῆσαν ὑπαγορεύοντι, χρόνοις τεταγμένοις ἀλλήλους ἀμείβοντες· βιβλιογράφοι τε οὐχ ἥττους. ἅμα καὶ κόραις ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν ἠσκημέναις· ὧν ἁπάντων τὴν δέουσαν τῶν ἐπιτηδείων ἄφθονον περιουσίαν ὁ Ἀμβρόσιος C παρεστήσατο. ναὶ μὴν καὶ ἐν τῇ περὶ τὰ θεῖα λόγια ἀσκήσει τε καὶ σπουδῇ, προθυμίαν ἄφατον αὐτῷ συνεισέφερεν· ᾗ καὶ μάλιστα αὐτὸν προὔτρεπεν ἐπὶ τὴν τῶν ὑπομνημάτων σύνταξιν. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, Οὐρβανὸν ἐπισκοπεύσαντα τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἔτεσιν ὀκτὼ διαδέχεται Ποντιανός· τῆς δ' Ἀντιοχέων μετὰ Φιλητὸν Ζεβῖνος. καθ' οὓς ὁ Ὠριγένης ἐπειγούσης χρείας ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμάτων, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στειλάμενος τὴν διὰ Πα- D λαιστίνης, πρεσβυτερίου χειροθεσίαν ἐν Καισαρείᾳ πρὸς τῶν τῇδε Ἐπισκόπων ἀναλαμβάνει. τὰ μὲν οὖν ἐπὶ τούτῳ περὶ αὐτοῦ κεκινημένα, τά τε ἐπὶ τοῖς κινηθεῖσι δεδογμένα τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶσιν. ὅσα τε ἄλλα ἀκμάζων περὶ τὸν θεῖον εἰσενήνεκται λόγον, ἰδίας δεόμενα συντάξεως, μετρίως ἐν τῷ δευτέρῳ ἧς ὑπὲρ αὐτοῦ πεποιήμεθα ἀπολογίας, συγγράψαμεν.

A

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ΄.

*Τίνα ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐξηγήσατο.*

Ταῦτα δὲ ἐκείνοις δέοι ἂν προσεπιθεῖναι δηλοῦντας, ὡς ἐν μὲν τῷ ἕκτῳ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐξηγητικῶν, σημαίνει τὰ πρότερα πέντε ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἔτ' ὄντα αὐτὸν συντάξαι· τῆς δ' εἰς τὸ πᾶν Εὐαγγέλιον αὐτὸ τοῦτο πραγματείας, μόνοι δύο καὶ εἴκοσιν εἰς ἡμᾶς περιῆλθον τόμοι. κατὰ δὲ τὸ ἔννατον τῶν εἰς τὴν Γένεσιν. δώδεκα δ' ἐστὶ τὰ πάντα. οὐ μόνον τοὺς πρὸ τοῦ ἐννάτου δηλοῖ ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας ὑπεμνηματίσθαι, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς B πρώτους δὲ πέντε καὶ εἴκοσι ψαλμοὺς ἔπι τε τὰ εἰς τοὺς Θρήνους, ὧν εἰς ἡμᾶς ἐληλύθασι τόμοι πέντε· ἐν οἷς μέμνηται καὶ τῶν περὶ ἀναστάσεως. δύο δ' ἐστὶ καὶ ταῦτα. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ ἀρχῶν πρὸ τῆς ἀπ' Ἀλεξανδρείας μεταναστάσεως γράφει· καὶ τοὺς ἐπιγεγραμμένους στρωματεῖς, ὄντας τὸν ἀριθμὸν δέκα, ἐπὶ τῆς αὐτῆς πόλεως κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου συντάττει βασιλείαν, ὡς καὶ τοῦτο ὁλόγραφοι δηλοῦσιν αὐτοῦ πρὸ τῶν τόμων ἐπισημειώσεις.

## Caput XXIV.

*Quænam Alexandriæ interpretatus ſit.*

HÆc verò ſupradictis adjungere prorſus neceſſe eſt; quinque priores libros expoſitionum in Joannis Evangelium ab illo dum adhuc Alexandriæ degeret, eſſe compoſitos, ut ipſemet in ſexto earundem expoſitionum libro teſtatur. Ex univerſo autem opere quod in totum illud Evangelium elaboravit, duo & viginti libri ad nos duntaxat pervenerunt. Sed & in libro nono expoſitionum in Geneſim (ſunt autem omnes ejus in Geneſim libri numero B duodecim) non ſolùm octo priores Alexandriæ lucubratos eſſe ſignificat, verùm etiam Commentarios in primos quinque & viginti Pſalmos; ac præterea in lamentationes Hieremiæ, ex quibus quinque Tomi ad nos venerunt. In his Tomis mentionem facit librorum quos ſcripſerat de reſurrectione: ſunt autem ejus argumenti libri duo. Libros item de Principiis, antequam ab urbe Alexandriâ migraret compoſuit. Sed & libros qui στρωματεῖς inſcribuntur, numero decem, in eadem civitate Alexandri Imperatoris temporibus conſcri- C pſit, ſicut notationes manu ipſius perſcriptæ ac libris ipſis præfixæ teſtantur.

Huc refer Niceph. c. 15. l. 5.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ΄.

*Ὅπως τῶν ἐνδιαθήκων γραφῶν ἐμνημόνευσεν.*

Τὸν μέν τοι γε πρῶτον ἐξηγούμενος ψαλμὸν, ἔκθεσιν πεποίηται τοῦ τῶν ἱερῶν γραφῶν τῆς παλαιᾶς διαθήκης καταλόγου, ὧδέ πως γράφων κατὰ λέξιν. οὐκ ἀγνοητέον δ' εἶναι τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους, ὡς Ἑβραῖοι παραδιδόασιν, δύο καὶ εἴκοσι. ὅσος ὁ ἀριθμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς στοιχείων ἐστίν. εἶτα μετά τινα ἐπιφέρει λέγων. εἰσὶ δὲ αἱ εἴκοσι δύο βίβλοι καθ' Ἑβραίους αἵδε· ἡ παρ' ἡμῖν Γένεσις ἐπιγεγραμμένη, παρὰ δ' Ἑβραίοις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς βίβλου Βρησὶθ, ὅπερ ἐστὶν ἐν ἀρχῇ. Ἔξοδος, Οὐαλεσμὼθ, ὅπερ ἐστὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα· Λευιτικὸν, Οὐϊκρὰ, καὶ ἐκάλεσεν· Ἀριθμοὶ, Ἀμμεσφεκωδείμ· Δευτερονόμιον, Ἔλλε ἀδδεβαρὶμ, οὗτοι οἱ λόγοι· Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ. Ἰωσουὲ βὲν νοῦν. Κριταὶ, Ῥοὺθ, παρ' αὐτοῖς ἐν ἑνὶ Σωφετὶμ. βασιλειῶν πρώτη δευ-

## Caput XXV.

*Qualiter libros utriuſque Teſtamenti recenſet.*

CEterùm in expoſitione primi Pſalmi, librorum veteris Teſtamenti indicem exhibet, ita ſcribens ad verbum: Sciendum eſt, veteris Teſtamenti libros duos eſſe ac viginti, ſicut ab Hebræis traditur: qui numerus etiam literarum apud eos habetur. Et paulò poſt ſubdit: Sunt autem viginti duo libri juxta He- D bræos hi: Primus qui à nobis Geneſis dicitur, ab Hebræis autem ex ipſius libri initio deſumpta appellatione vocatur Breſith, quod idem eſt ac in principio. Exodus deindè, Hebræis Velleſmoth, id eſt hæc ſunt nomina. Tertius, Leviticus, Hebræis Vaicra, id eſt & vocavit. Quartus, Numeri, Hebræis Hamiſphecodim. quintus, Deuteronomium, Hebræis Ellehabdabarim, id eſt, Hæc ſunt verba. Sextus, Jeſus filius Nave, Hebraicè Jehoſue ben nun. Septimus Judices & Ruth, unico Volumine apud Hebræos comprehenſi, quod appellant Sophetim. Octavus, Regnorum liber primus

Huc refer Niceph. c. 16. l. 5.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& ſecundus: qui apud eos unicum Volumen conſtituunt quod dicitur Samuel, hoc eſt vocatus à Deo. Nonus regnorum liber tertius & quartus, quos ipſi etiam in unum Volumen redigunt, & Vammelech David indigitant, hoc eſt & Rex David. Decimus Paralipomenon liber primus & ſecundus, uno apud illos contenti Volumine, quod vocant Dibre Haiamim, hoc eſt verba dierum. Undecimus Eſdras primus & ſecundus, qui apud eos unicum conficiunt librum quem vocant Eſra, id eſt, adjutor. Duodecimus liber Pſalmorum, Hebræis Sepher Tehillim. Decimus tertius Proverbia Salomonis, Hebræis Miſloth. xiv. Eccleſiaſtes, Hebræis Coheleth. xv. Canticum Canticorum, Hebræis Sirhaſirim. xvj. Eſaïas, Hebræis Jeſaïa. xvij. Hieremias cum lamentationibus & epiſtola, in unum compactus Volumen, quod ipſi vocant Irmia. xviij. Daniel, Hebræis Daniel. xix. Ezechiel, apud Hebræos Jeezchel. xx. Job, eodem apud Hebræos nomine inſignitus. xxj. Eſter, quomodo etiam Hebræi vocant. Extra horum cenſum ſunt libri Maccabæorum, qui inſcribuntur Sarbet Sarbaneel. Et hæc quidem in libro ſuperius memorato ſcribit Origenes. In primo autem libro expoſitionum in Evangelium Matthæi, eccleſiaſtico inſiſtens Canoni, quatuor duntaxat Evangelia eſſe teſtatur his verbis: Sicut ex traditione, inquit, accepi de quatuor Evangeliis, quæ ſola in universa Dei Eccleſia quæ ſub cælo eſt, citra controverſiam admittuntur: Primum ſcilicet Evangelium ſcriptum eſſe à Matthæo, prius quidem Publicano, poſteà verò Apoſtolo Jeſu Chriſti, qui illud Hebraïco ſermone conſcriptum Judæis ad fidem converſis publicavit. Secundum fuiſſe accepimus Evangelium Marci, qui prout Petrus ipſi expoſuerat, in literas retulit. Atque idcirco Petrus in epiſtola catholica eum filium ſuum agnoſcit his verbis: Salutat vos electa Dei Eccleſia quæ eſt Babylone, & Marcus filius meus. Tertium Evangelium Lucæ, quod à Paulo commendatur, in gratiam Gentilium conſcriptum. Poſtremum verò Evangelium Joannis. Idem porrò in libro quinto expoſitionum in Evangelium Joannis de epiſtolis Apoſtolorum ita ſcribit: Is verò quem Deus idoneum reddidit qui novi Teſtamenti miniſter eſſet non litera & verbis tenus, ſed ſpiritus ipſius Paulus ſcilicet, qui ab Hieroſolymis & finitimis locis uſque ad Illyricum Evangelium adimplevit, non omnibus eccleſiis quas docuerat ſcripſit. Sed & iis quibus ſcripſit, paucas admodum lineas exaravit.

A τέρα, παρ' αὐτοῖς ἓν Σαμουήλ, ὁ θεόκλητος. Βασιλειῶν τρίτη τετάρτη ἐν ἑνί, Οὐαμμελὲχ Δαβίδ, ὅπερ ἐστὶ βασιλεία Δαβίδ. Παραλειπομένων πρώτη δευτέρα ἐν ἑνί, Διβρὴ ἁιαμίμ, ὅπερ ἐστὶ λόγοι ἡμερῶν. Ἔσδρας πρῶτος καὶ δεύτερος ἐν ἑνί, Ἐζρᾶ, ὅ ἐστι βοηθός. Βίβλος Ψαλμῶν Σέφερ Θιλλίμ. Σολομῶντος παροιμίαι, Μισλώθ. Ἐκκλησιαστής, Κωελέθ. Ἆσμα ᾀσμάτων, Σὶρ Ἀσιρίμ. Ἡσαΐας, Ἰεσαιά. Ἱερεμίας σὺν Θρήνοις καὶ τῇ ἐπιστολῇ ἐν ἑνί, Ἱερεμία. Δανιήλ, Δανιήλ. Ἰεζεκιήλ, Ἰεζεκιήλ. B Ἰώβ, Ἰώβ. Ἐσθήρ, Ἐσθήρ. ἔξω δὲ τούτων ἐστὶ τὰ Μακκαβαϊκά, ἅπερ ἐπιγέγραπται Σαρβὴθ Σαρβανὲ ἔλ. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ προειρημένῳ τίθησι συγγράμματι. ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, τὸν ἐκκλησιαστικὸν φυλάττων κανόνα, μόνα τέσσαρα εἰδέναι Εὐαγγέλια μαρτύρεται, ὧδέ πως γράφων. ὡς ἐν παραδόσει μαθὼν περὶ τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων, ἃ καὶ μόνα ἀναντίρρητά ἐστιν ἐν τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. ὅτι πρῶτον μὲν γέγραπται C τὸ κατὰ τὸν ποτὲ τελώνην, ὕστερον δὲ ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ Ματθαῖον, ἐκδεδωκότα αὐτὸ τοῖς ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ πιστεύσασι, γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς συντεταγμένον. δεύτερον δὲ τὸ κατὰ Μάρκον, ὡς Πέτρος ὑφηγήσατο αὐτῷ, ποιήσαντα. ὃν καὶ υἱὸν ἐν τῇ καθολικῇ ἐπιστολῇ διὰ τούτων ὡμολόγησε φάσκων. ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτή, καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου. καὶ τρίτον τὸ κατὰ Λουκᾶν, τὸ ὑπὸ Παύλου ἐπαινούμενον Εὐαγγέλιον, τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πεποιηκότα. ἐπὶ πᾶσι τὸ κατὰ Ἰωάννην. καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ δὲ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐξηγητικῶν ὁ αὐτὸς ταῦτα περὶ τῶν ἐπιστολῶν τῶν ἀ- D ποστόλων φησίν. ὁ δὲ ἱκανωθεὶς διάκονος γενέσθαι τῆς καινῆς διαθήκης οὐ γράμματος ἀλλὰ πνεύματος Παῦλος, ὁ πεπληρωκὼς τὸ Εὐαγγέλιον ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, οὐδὲ πάσαις ἔγραψεν αἷς ἐδίδαξεν ἐκκλησίαις. ἀλλὰ καὶ αἷς ἔγραψεν, ὀλίγους στίχους ἐπέστειλεν.

ALEXANDER.

Πέτρος δὲ ἐφ' ᾧ οἰκοδομεῖται ἡ Χριστοῦ ἐκκλησία, ἧς πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι, μίαν ἐπιστολὴν ὁμολογουμένην καταλέλοιπεν· ἔστω δὲ καὶ δευτέραν. ἀμφιβάλλεται γάρ. τί δεῖ περὶ τοῦ ἀναπεσόντος λέγειν ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, Ἰωάννου, ὃς Εὐαγγέλιον ἓν καταλέλοιπεν, ὁμολογῶν δύνασθαι τοσαῦτα ποιήσειν, ἃ οὐδὲ ὁ κόσμος χωρῆσαι ἐδύνατο· ἔγραψε δὲ καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν, κελευσθεὶς σιωπῆσαι καὶ μὴ γράψαι τὰς τῶν ἑπτὰ βροντῶν φωνάς. καταλέλοιπε δὲ καὶ ἐπιστολὴν πάνυ ὀλίγων στίχων. ἔστω δὲ καὶ δευτέραν καὶ τρίτην· ἐπεὶ οὐ πάντες φασὶ γνησίους εἶναι ταύτας. πλὴν οὐκ εἰσὶ στίχων ἀμφότεραι ἑκατόν. ἔτι πρὸς τούτοις περὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς ἐν ταῖς εἰς αὐτὴν ὁμιλίαις ταῦτα διαλαμβάνει· ὅτι ὁ χαρακτὴρ τῆς λέξεως τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιγεγραμμένης ἐπιστολῆς, οὐκ ἔχει τὸ ἐν λόγῳ ἰδιωτικὸν τοῦ Ἀποστόλου, ὁμολογήσαντος ἑαυτὸν ἰδιώτην εἶναι τῷ λόγῳ, τουτέστι τῇ φράσει. ἀλλά ἐστιν ἡ ἐπιστολὴ συνθέσει τῆς λέξεως ἑλληνικωτέρα, πᾶς ὁ ἐπιστάμενος κρίνειν φράσεων διαφορὰς, ὁμολογήσαι ἄν. πάλιν τε αὖ ὅτι τὰ νοήματα τῆς ἐπιστολῆς θαυμάσιά ἐστι καὶ οὐ δεύτερα τῶν ἀποστολικῶν ὁμολογουμένων γραμμάτων, καὶ τοῦτο ἂν συμφῆσαι εἶναι ἀληθὲς, πᾶς ὁ προσέχων τῇ ἀναγνώσει τῇ Ἀποστολικῇ. τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων. ἐγὼ δὲ ἀποφαινόμενος εἴποιμ' ἄν, ὅτι τὰ μὲν νοήματα τοῦ Ἀποστόλου ἐστίν. ἡ δὲ φράσις καὶ ἡ σύνθεσις, ἀπομνημονεύσαντός τινος τὰ Ἀποστολικὰ, καὶ ὥσπερεὶ σχολιογραφήσαντος τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ διδασκάλου. εἴ τις οὖν ἐκκλησία ἔχει ταύτην τὴν ἐπιστολὴν ὡς Παύλου, αὕτη εὐδοκιμείτω καὶ ἐπὶ τούτῳ. οὐ γὰρ εἰκῆ οἱ ἀρχαῖοι ἄνδρες ὡς Παύλου αὐτὴν παραδεδώκασι. τίς δὲ ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν, τὸ μὲν ἀληθὲς Θεὸς οἶδεν. ἡ δὲ εἰς ἡμᾶς φθάσασα ἱστορία, ὑπό τινων μὲν λεγόντων, ὅτι Κλήμης ὁ γενόμενος Ἐπίσκοπος Ῥωμαίων ἔγραψε τὴν ἐπιστολὴν· ὑπό τινων δὲ, ὅτι Λουκᾶς ὁ γράψας τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὰς πράξεις. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὧδε ἐχέτω.

A Petrus autem cui tanquam fundamento ſuperſtructa eſt Eccleſia Chriſti, adverſus quam nec ipſæ Inferorum portæ prævaliture ſunt, unam duntaxat omnium conſenſu receptam reliquit epiſtolam. Concedamus verò & ſecundam ejus eſſe. De hac enim ambigitur. Jam verò quid dicendum eſt de eo qui in ſinu Chriſti recubuit, Joanne? Qui quidem unum reliquit Evangelium, tametſi fateatur tot ſe libros ſcribere potuiſſe, quot nec orbis ipſe terrarum poſſet continere. Scripſit præterea Revelationem: juſſus ſilere, nec ſeptem tonitruum voces perſcribere. Scripſit etiam epiſtolam admodum brevem.
B Sed concedamus ſi placet, & ſecundam & tertiam ab illo ſcriptas eſſe. Neque enim has genuinas illius eſſe omnes conſentiunt. Ambæ tamen vix centum verſus continent. Denique de epiſtola ad Hebræos in Homiliis quas in eandem epiſtolam conſcripſit, ita ſentit: ſtilum epiſtolæ quæ inſcribitur ad Hebræos, carere illa ſermonis ruſticitate quæ propria eſt Apoſtoli, quippe qui rudem atq; imperitum ſeſe confitetur in ſermone, id eſt in forma ac ratione dicendi. Verum epiſtola illa & in ver-
C borum compoſitione majorem præfert Græci ſermonis elegantiam, ut fatebitur quiſquis de ſtili differentia peritè judicare poteſt. Et præterea ſententias continet admirabiles, nec Scriptis Apoſtolicis ullatenus inferiores. Atque id veriſſimum eſſe aſſentientur, quicumque Apoſtolorum Scripta attentè perlegerint. Paucis deinde interpoſitis hæc ſubjungit: Ego verò, inquit, ita cenſeo: ſententias quidem ipſas Apoſtoli eſſe: dictionem autem & compoſitionem verborum eſſe alterius cujuſdam, qui dicta Apoſtoli commemorare, & quaſi in Commentarios redigere
D voluerit ea quæ à magiſtro audiverat. Proinde ſi quæ Eccleſia hanc epiſtolam pro Paulina habet, eo nomine laudetur. Neque enim temerè majores eam Pauli eſſe tradiderunt. Quis autem revera illam ſcripſerit, ſoli Deo notum eſſe opinor. Sed Scriptores quorum monumenta ad nos uſque pervenerunt, partim Clementi Romanæ urbis Epiſcopo eam adſcribunt, partim Lucæ qui Evangelium & Actus Apoſtolorum literis prodidit. Verùm de his hactenus.

A

## Caput XXVI.

*Quomodo Heraclas Alexandrinum ſuſcepit Epiſcopatum.*

Vide Nicephor. l. 5. c. 18.

Decimus hic erat annus jam dicti Imperatoris Alexandri, cùm Origenes ab urbe Alexandria Cæſaream migraturus, ſcholam ad fideles ejus loci inſtituendos Heraclæ dereliquit. Nec multò poſt Demetrius Alexandrinorum epiſcopus fato functus eſt, cùm per tres & quadraginta annos eccleſiam adminiſtraſſet. In hujus locum ſucceſſit Heraclas. Florebat tunc temporis Firmilianus Cæſareæ apud Cappadocas epiſcopus.

## Caput XXVII.

*Qualiter Epiſcopi Origenem ſuſpiciebant.*

Qui tam propenſo erga Origenem animo fuit, ut modo illum in ſuam provinciam ad eccleſiarum utilitatem evocaret: modò ad ipſum viſendum in Judæam uſque proficiſceretur, & unà cum ipſo aliquandiu maneret, ut majorem rerum divinarum notitiam perciperet. Sed & Alexander Hieroſolymorum, & Theoctiſtus Cæſareæ apud Palæſtinam epiſcopus, ipſum perpetuò tamquam magiſtrum auſcultantes, ſoli interpretationem ſacræ Scripturæ, ac reliquum omne eccleſiaſticæ doctrinæ officium permiſerunt.

## Caput XXVIII.

*De perſecutione ſub Maximino.*

Vide Nicephor. l. 5. c. 20.

Interea cæſo Alexandro Imperatore, qui tredecim annis regnaverat, in ejus locum ſuccedit Maximinus. Qui gravi odio ſuccenſus adverſus familiam Alexandri in qua plerique erant Chriſtiani, perſecutione excitata ſolos eccleſiarum Antiſtites, utpotè evangelicæ prædicationis auctores interfici juſſit. Quo tempore Origenes librum de martyrio compoſuit, quem Ambroſio & Protocteto Cæſarienſis eccleſiæ presbytero dedicavit: eo quod uterque in ea perſecutione non mediocre diſcrimen ſubierat. Unde & maximam gloriam ob confeſſionem nominis Chriſti ambo retuliſſe perhibentur, cùm Maximinus non pluſquam

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κϛ'.

Ὡς Ἡρακλᾶς τὴν Ἀλεξανδρέων Ἐπισκοπὴν διαδέξατο.

Ἔτος δ' ἦν τοῦτο δέκατον τῆς δηλουμένης ἡγεμονίας, καθ' ὃ τὴν ἀπ' Ἀλεξανδρείας μετανάστασιν ἐπὶ τὴν Καισάρειαν ὁ Ὠριγένης ποιησάμενος, Ἡρακλᾷ τὸ τῆς κατηχήσεως τῶν αὐτόθι διδασκαλεῖον καταλείπει. οὐκ εἰς μακρὸν δὲ καὶ Δημήτριος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας Ἐπίσκοπος τελευτᾷ, ἐφ' ὅλοις ἔτεσι τρισὶ καὶ τεσσαράκοντα τῇ λειτουργίᾳ διαρκέσας· διαδέχεται δ' αὐτὸν ὁ Ἡρακλᾶς. διέπρεπε δὲ ἐν τούτῳ Φιρμιλιανὸς Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν Ἐπίσκοπος.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ὅπως αὐτὸν ἑώρων οἱ Ἐπίσκοποι.

Τοσαύτην εἰσάγων περὶ τὸν Ὠριγένην σπουδήν, ὡς τοτὲ μὲν αὐτὸν ἀμφὶ τὰ καθ' αὐτὸν κλίματα εἰς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ὠφέλειαν ἐγκαλεῖσθαι. τοτὲ δὲ ὡς αὐτὸν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν στέλλεσθαι, καί τινας αὐτῷ συνδιατρίβειν χρόνους, τῆς εἰς τὰ θεῖα βελτιώσεως ἕνεκα. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν Ἱεροσολύμων προεστὼς Ἀλέξανδρος, Θεόκτιστός τε ὁ κατὰ Καισάρειαν, τὸν πάντα χρόνον ὡς ἔπος εἰπεῖν προσανέχοντες αὐτῷ. οἷα διδασκάλῳ, μόνῳ τὰ τῆς τῶν θείων γραφῶν ἑρμηνείας καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ λόγου πράττειν συνεχώρουν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Περὶ τοῦ κατὰ Μαξιμῖνον διωγμοῦ.

Τόν γε μὴν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα Ἀλέξανδρον τρισὶν ἔτεσιν ἐπὶ δέκα τὴν ἀρχὴν διανύσαντα, Μαξιμῖνος Καῖσαρ διαδέχεται. ὃς δὴ κατὰ κότον τὸν πρὸς τὸν Ἀλεξάνδρου οἶκον ἐκ πλειόνων πιστῶν συνεστῶτα, διωγμὸν ἐγείρας, τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἄρχοντας μόνους ὡς αἰτίους τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον διδασκαλίας, ἀναιρεῖσθαι προστάττει. τότε καὶ Ὠριγένης τὸ περὶ μαρτυρίου συντάττει, Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκτήτῳ πρεσβυτέρῳ τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας ἀναθεὶς τὸ σύγγραμμα· ὅτι δὴ ἄμφω περίστασις οὐχ ἡ τυχοῦσα ἐν τῷ διωγμῷ κατειλήφει, ἐν ᾗ καὶ διαπρέψαι κατέχει λόγος ἐν ὁμολογίᾳ τοὺς ἄνδρας, οὐ πλείονος ἢ τριῶν τοὺς χρόνους τῷ Μαξιμίνῳ διατριβομένου

σεσημείωται δὲ τουτονὶ τοῦ διωγμοῦ τὸν καιρὸν, ἔν τε τῷ δευτέρῳ καὶ εἰκοστῷ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐξηγητικῶν, καὶ ἐν διαφόροις ἐπιστολαῖς ὁ Ὠριγένης.

A triennii ſpatium perduraſſet. Hujus porrò perſecutionis tempus indicat Origenes tum in primo & viceſimo libro expoſitionum in Joannis Evangelium, tum in diverſis epiſtolis.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ΄.

Περὶ Φαβιανοῦ, ὡς Ῥωμαίων Ἐπίσκοπος ἐκ Θεοῦ παραδόξως ἀνεδείχθη.

Γορδιανοῦ δὲ μετὰ Μαξιμῖνον τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν διαδεξαμένου, τῆς κατὰ Ῥώμην ἐκκλησίας Ποντιανὸν ἔτεσιν ἓξ ἐπισκοπεύσαντα διαδέχεται Ἀντέρως. καὶ τοῦτον Φαβιανὸς ἐπὶ μῆνα τῇ λειτουργίᾳ διακονησάμενον. ἐξ ἀγροῦ φασὶ τὸν Φαβιανὸν μετὰ τὴν Ἀντέρωτος τελευτὴν ἅμ᾽ ἑτέροις συνελθόντα, ἐπιχωριάζειν τῇ Ῥώμῃ. ἔνθα παραδοξότατα πρὸς τῆς θείας καὶ οὐρανίου χάριτος ἐπὶ τὸν Κλῆρον παρεληλυθέναι. τῶν γὰρ ἀδελφῶν ἁπάντων χειροτονίας ἕνεκεν τοῦ μέλλοντος διαδέξεσθαι τὴν Ἐπισκοπὴν, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας συγκεκροτημένων, πλείστων τε ἐπιφανῶν καὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν τοῖς πολλοῖς ἐν ὑπονοίᾳ ὑπαρχόντων, ὁ Φαβιανὸς παρὼν, οὐδενὸς μὲν ἀνθρώπων εἰς διάνοιαν ἤει· ὅμως δ᾽ οὖν ἀθρόως ἐκ μετεώρου περιστερὰν καταπτᾶσαν ἐπικαθεσθῆναι τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ μνημονεύουσι, μίμημα ἐνδεικνυμένην τῆς ἐπὶ τὸν Σωτῆρα τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν εἴδει περιστερᾶς καθόδου. ἐφ᾽ ᾧ τὸν πάντα λαὸν ὥσπερ ὑφ᾽ ἑνὸς πνεύματος θείου κινηθέντα ὁμόσε, προθυμίᾳ πάσῃ καὶ μιᾷ ψυχῇ ἄξιον ἐπιβοῆσαι. καὶ ἀμελλήτως ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς Ἐπισκοπῆς λαβόντας αὐτὸν ἐπιθεῖναι. τότε δὴ καὶ τοῦ κατ᾽ Ἀντιόχειαν Ἐπισκόπου Ζεβίνου τὸν βίον μεταλλάξαντος, Βαβύλας τὴν ἀρχὴν διαδέχεται· ἔν τε Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ Δημήτριον ἐπὶ τρισὶ καὶ τεσσαράκοντα ἔτεσι τὴν Ἐπισκοπὴν ἐκτελέσαντα, Ἡρακλᾶς τὴν λειτουργίαν παρείληφεν· τῆς δὲ τῶν αὐτόθι κατηχήσεως τὴν διατριβὴν διαδέχεται Διονύσιος, εἷς καὶ οὗτος τῶν Ὠριγένους γνώριμος φοιτητῶν.

## Caput XXIX.

*De Fabiano, qualiter Romanorum Epiſcopus divinitus deſignatus eſt.*

Interim cùm Gordianus in Maximini locum ſucceſſiſſet, mortuo Pontiano qui ſex annis epiſcopatum tenuerat, eccleſiæ Romanæ adminiſtrationem ſuſcepit Anteros. Hic intra unius menſis ſpatium ſacerdotio perfunctus, Fabianum ſucceſſorem reliquit. Hunc Fabianum poſt Anterotis mortem unà cum aliis familiaribus ſuis Romam ex agro veniſſe dicunt, atque illic degentem, opitulante Dei gratia præter omnium exſpectationem ad Pontificatus ſortem perveniſſe. Nam cùm fratres omnes ſucceſſoris ordinandi causâ in eccleſia eſſent congregati, ac plerique jam illuſtres aliquot & nobiles viros eligendos eſſe conjicerent, de Fabiano quidem qui tum præſens aderat, nemo ne tantiſper quidem cogitabat. Columbam tamen repentè è ſublimi delapſam capiti illius inſediſſe narrant, quæ Spiritus ſancti qui olim ſub columbæ ſpecie in Servatorem deſcenderat, imaginem referre videbatur. Quo ſpectaculo permotus populus ac divino Spiritu incitatus, ſumma cum alacritate uno conſenſu ſimul omnis exclamare cœpit dignum eſſe: ſtatimque comprehenſum ſacerdotali cathedræ impoſuit. Per idem tempus mortuo Zebino Antiochenorum epiſcopo, ſubrogatus eſt Babylas. Alexandriæ verò cùm poſt mortem Demetrii, qui annos tres & quadraginta ſacerdotio perfunctus fuerat, Heraclas miniſterium ſuſcepiſſet eccleſiæ, ſcholam ad cives in fide inſtituendos obtinuit Dionyſius, qui & ipſe unus è diſcipulis fuerat Origenis.

Vide Niceph. l. 5. c. 26.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ΄.

Ὅσοι γεγόνασιν Ὠριγένους φοιτηταί.

Τῷ δὲ Ὠριγένει ἐπὶ τῆς Καισαρείας τὰ συνήθη πράττοντι, πολλοὶ προσῄεσαν, οὐ μόνον τῶν ἐπιχωρίων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ

## Caput XXX.

*Qui fuerint Origenis diſcipuli.*

Interim dum Origenes apud Cæſaream conſueto docendi munere fungeretur, non ſolum regionis illius incolæ, ſed etiam plurimi ex remotiſſimis

Huc refer Niceph. c. 20. l. 5.

provinciis diſcipuli relictâ patriâ ad eum concurrebant. Quorum præcipuos fuiſſe cognovimus Theodorum, qui & Gregorius dictus eſt, Epiſcoporum noſtra ætate celeberrimus; & fratrem ejus Athenodorum. Quos Origenes Græcis Romaniſque diſciplinis nimium deditos cum vidiſſet, in eorum animos inſtillans Philoſophiæ amorem, abjectis prioribus ſtudiis ad rerum divinarum meditationem traduxit. Igitur cùm quinquennio integro in ejus auditorio verſati fuiſſent, tantoperè in divinis eloquiis profecerunt, ut ambo adhuc admodum juvenes, Eccleſiarum in Ponto Epiſcopi fuerint conſtituti.

A τῆς ἀλλοδαπῆς μυρίοι φοιτηταὶ τὰς πατρίδας ἀπολιπόντες· ὧν ἐπισήμους μάλιστα ἔγνωμεν Θεόδωρον, ὃς ἦν αὐτὸς ὁ καθ' ἡμᾶς Ἐπισκόπων διαβόητος Γρηγόριος, τόν τε αὐτοῦ ἀδελφὸν Ἀθηνόδωρον· οὓς ἀμφὶ τὰ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων μαθήματα δεινῶς ἐπτοημένους, φιλοσοφίας αὐτοῖς ἐνθεὶς ἔρωτα, τῆς προτέρας σπουδῆς τὴν θείαν ἄσκησιν ἀντικαταλλάξασθαι προτρέψατο. πέντε δ' ὅλοις ἔτεσιν αὐτῷ συγγενόμενοι, τοσαύτην ἀπηνέγκαντο περὶ τὰ θεῖα λόγια βελτίωσιν, ὡς ἔτι νέους ἄμφω B Ἐπισκοπῆς τῶν κατὰ Πόντον ἐκκλησιῶν ἀξιωθῆναι.

## Caput XXXI.

*De Africano temporum Scriptore.*

Huc refer Niceph. c. 21. l. 5.

Claruit iiſdem temporibus Africanus, qui libros κεστῶν titulo inſcriptos compoſuit. Hujus exſtat epiſtola ad Origenem ſcripta, in qua hiſtoriam Suſannæ quæ in Danielis libro legitur, ſpuriam & commentitiam eſſe ſuſpicatur. Ad quam epiſtolam Origenes copioſiſſimè reſpondit: Ejuſdem Africani quinque de Chronographia libri accuratiſſimè compoſiti ad nos etiam pervenerunt. In quibus ſe Alexandriam profectum eſſe teſtatur, ob maximam omnium famam atque exiſtimationem de Heracla, quem in Philoſophia aliiſque Grecorum diſciplinis excellentem, ad Epiſcopatum Alexandrinæ Eccleſiæ provectum fuiſſe ſupra docuimus. Altera quoque ejuſdem Africani exſtat epiſtola ad Ariſtidem, de diſſenſione quæ videtur eſſe inter Matthæum & Lucam in ſtirpe Chriſti referenda. In qua Evangeliſtarum conſenſum apertiſſimè demonſtrat ex narratione quadam quam à majoribus acceperat: quam & nos jam antea in primo hujus Operis libro, ſuo loco inſeruimus.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ.

Περὶ Ἀφρικανοῦ.

ΕΝ τούτῳ καὶ Ἀφρικανὸς ὁ τῶν ἐπιγεγραμμένων κεστῶν συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο. ἐπιστολὴ τούτου Ὠριγένει γραφεῖσα φέρεται, ἀποροῦντος ὡς ἂν νόθου καὶ πεπλασμένης οὔσης τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας· πρὸς ἣν Ὠριγένης ἀντιγράφει πληρέστατα. τοῦ δ' C αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ καὶ ἄλλα τὸν ἀριθμὸν πέντε χρονογραφιῶν ἦλθεν εἰς ἡμᾶς ἐπ' ἀκριβὲς πεπονημένα σπουδάσματα· ἐν οἷς φησιν ἑαυτὸν πορείαν στείλασθαι ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, διὰ πολλὴν τοῦ Ἡρακλᾶ φήμην· ὃν ἐπὶ λόγοις φιλοσόφοις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἑλλήνων μαθήμασιν εὖ μάλα διαπρέψαντα, τὴν Ἐπισκοπὴν τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας ἐγχειρισθῆναι ἐδηλώσαμεν. ἑτέρα δὲ τοῦ αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ φέρεται ἐπιστολὴ πρὸς Ἀριστείδην, περὶ τῆς νομιζομένης διαφωνίας τῶν παρὰ Ματθαίῳ τε καὶ Λουκᾷ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογιῶν. ἐν ᾗ σαφέστατα τὴν συμφωνίαν τῶν Εὐαγγελιστῶν παρίστησιν, ἐξ ἱστο- D ρίας εἰς αὐτὸν κατελθούσης· ἣν κατὰ καιρὸν ἐν τῷ πρώτῳ τῆς μετὰ χεῖρας ὑποθέσεως προλαβὼν ἐξεθέμην.

## Caput XXXII.

*Quot & quos Origenes Cæſareæ in Palæſtina Commentarios ſcripſit.*

Huc refer Niceph. c. 19. l. 5.

Per hęc tempora Origenes in Eſaïam ſimul & Ezechielem Cōmentarios compoſuit. Ex quib⁹ in tertiam quidem partem Eſaïæ, uſque ad viſionem illam quadrupedum in ſolitudine, triginta ad nos Volumina pervenerunt: in Ezechielem verò quinq; & viginti, præter quæ

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ.

Τίνα Ὠριγένης ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐξηγήσατο.

ΚΑὶ Ὠριγένει δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον τὰ εἰς τὸν Ἡσαΐαν. ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τὰ εἰς τὸν Ἰεζεκιὴλ συνετάττετο· ὧν εἰς μὲν τὸ τρίτον μέρος τοῦ Ἡσαΐου μέχρι τῆς ὁράσεως τῶν τετραπόδων τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, τριάκοντα εἰς ἡμᾶς περιῆλθον τόμοι. εἰς δὲ τὸν Ἰεζεκιὴλ πέντε

A εἴκοσιν. ὡς καὶ μόνους εἰς τὸν πάντα πεποίηται Προφήτην. γενόμενος δὲ τηνικάδε ἐν Ἀθήναις, περαίνει μὲν τὰ εἰς τὸν Ἰεζεκιήλ· τῶν δὲ εἰς τὸ Ἆσμα τῶν Ἀσμάτων ἄρχεται, καὶ προέισί γε αὐτόθι μέχρι τοῦ πέμπτου συγγράμματος. ἐπανελθὼν δὲ ἐπὶ τὴν Καισάρειαν, καὶ ταῦτα εἰς πέρας δέκα ὄντα τὸν ἀριθμὸν ἄγει. τί δεῖ τῶν λόγων τἀνδρὸς ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸν ἀκριβῆ κατάλογον ποιεῖσθαι, ἰδίας δεόμενον σχολῆς· ὃν καὶ ἀνεγράψαμεν, ἐπὶ τῆς τοῦ Παμφίλου βίου τοῦ καθ' ἡμᾶς ἱεροῦ μάρτυρος ἀναγραφῆς· ἐν ᾗ τὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδὴν τοῦ Παμφίλου ὁπόση τις γεγόνει παριστῶντες, τῆς συναχθείσης αὐτῷ B τῶν τε Ὠριγένους καὶ τῶν ἄλλων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων βιβλιοθήκης τοὺς πίνακας παρεθέμην. ἐξ ὧν ὅτῳ φίλον, πάρεστιν ἐντελέστατα τῶν Ὠριγένους πόνων τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα διαγνῶναι. νυνὶ δὲ προϊτέον ἐπὶ τὴν τῆς ἱστορίας ἀκολουθίαν.

in univerſum hunc Prophetam nihil ſcripſit. Intereà cùm Athenis moraretur, Commentarios quidem in Ezechielem abſolvit: inchoavit autem expoſitionem in Canticum Canticorum, quam ad quintum uſque librum ibidem agens produxit. Deinde Cæſaream reverſus, opus illud decem omninò libris comprehenſum ad exitum perduxit. Verùm quid attinet hoc loco omnium hujus viri librorum accuratum indicem texere, cùm id proprium opus deſideret: jamque à nobis præſtitum ſit in libro quem de Pamphili qui noſtra ætate Preſbyter idem ac martyr fuit, vitâ conſcripſimus. Ubi cùm probare vellemus quantum Pamphili ſtudium erga divinas literas fuiſſet, indices librorum tum Origenis, tum aliorum eccleſiæ Scriptorum quos ille undecunque collegerat, exhibuimus. Ex quibus quicumque voluerit, certiſſimè poterit cognoſcere, quænam ex Origenis Operibus ad nos uſque pervenerint. Nunc verò ad hiſtoriæ ſeriem redeamus.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ΄.

*Περὶ τῆς Βηρύλλου παρατροπῆς.*

Βήρυλλος ὁ μικρῷ πρόσθεν δεδηλωμένος Βόστρων τῆς Ἀραβίας Ἐπίσκοπος, C τὸν ἐκκλησιαστικὸν παρεκτρέπων κανόνα, ξένα τινὰ τῆς πίστεως παρεισφέρειν ἐπειρᾶτο. τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν λέγειν τολμῶν μὴ προϋφεστάναι κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφὴν, πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας. μὴ δὲ μὴν θεότητα ἰδίαν ἔχειν, ἀλλ' ἐμπολιτευομένην αὐτῷ μόνην τὴν πατρικήν. ἐπὶ τούτῳ πλείστων Ἐπισκόπων ζητήσεις καὶ διαλόγους πρὸς τὸν ἄνδρα πεποιημένων, μεθ' ἑτέρων παρακληθεὶς Ὠριγένης, κάτεισι μὲν εἰς ὁμιλίαν τὰ πρῶτα τῷ ἀνδρὶ, τίνα νοῦν ἔχοι ἀποπειρώμενος· ὡς δ' ἔγνω ὅ, τι καὶ λέγοι, εὐθύνας μὴ ὀρθοδοξοῦντα. λογισμῷ τε πείσας καὶ ἀποδείξει ἀναλαβὼν αὐτὸν, τῇ περὶ τοῦ δόγματος ἐφίστησιν ἀληθείᾳ, ἐπί τε τὴν προτέραν ὑγιῆ δόξαν ἀποκαθίστησι. καὶ φέρεταί γε εἰσέτι νῦν ἔγγραφα τοῦ τε Βηρύλλου καὶ τῆς δι' αὐτὸν γενομένης Συνόδου, ὁμοῦ τὰς Ὠριγένους πρὸς αὐτὸν ζητήσεις, καὶ τὰς λεχθείσας ἐπὶ τῆς αὐτοῦ παροικίας διαλέξεις, ἕκαστά τε τῶν τότε πεπραγμένων περιέχοντα. καὶ ἄλλα μὲν οὖν μυρία Ὠριγένους περὶ μνήμη παραδιδόασι τῶν καθ'

## Caput XXXIII.

*De errore Berylli.*

Tunc temporis Beryllus de quo ſuperius dictum eſt, Boſtrorum in Arabia epiſcopus, eccleſiaſticam pervertens regulam, nova quædam & aliena à fide Catho lica inducere conatus eſt; auſus aſſerere Dominum ac Servatorem noſtrum antequàm inter homines verſaretur, non ſubſtitiſſe in propriæ perſonæ differentia: nec propriam ſed paternam duntaxat divinitatem in ſe reſidentem habere. Cumq; ea de re plurimi epiſcopi quæſtiones ac diſputationes adverſus illum habuiſſent, rogatus unà cum reliquis Origenes, primùm quidem cum illo familiariter collocutus eſt, ut quænam D eſſet hominis ſententia exploraret. Poſtquam verò liquidò cognovit quid diceret, errorem ejus coarguit: allatiſque rationibus ac demonſtrationibus convictum hominem quaſi manu apprehendens, ad veritatis viam perduxit, & ad priſtinam ſanamque ſententiam revocavit. Exſtant hodieque tum Berylli, tum Synodi ipſius causâ congregatæ edita monumenta; in quibus & quæſtiones adverſus illum propoſitæ ab Origene, & diſputationes in eccleſia ejus habitæ, & ſingula quæ tunc geſta ſunt continentur. Sed & alia de Origene quamplurima

*Huc refer Niceph. c.22. l.5.*

memoriæ tradita ſunt à ſenioribus noſtræ ætatis presbyteris: quæ quoniam ad præſentis Operis inſtitutum nihil faciunt, omittenda eſſe duxi. Quæcunq; verò neceſſe eſt de illo cognoſcere, ea peti poſſunt ex Apologetico qui à nobis & à ſacroſancto noſtri temporis martyre Pamphilo pro illius defenſione conſcriptus eſt: quem quidem nos propter malevolos quoſdam accuſatores, communi ſtudio atque opere junctim elaboravimus.

ἡμᾶς οἱ πρεσβύτεροι. ἃ δὲ παρήσειν μοι δοκῶ, οὐ τῆς ἐνεστώσης ἐχόμενα πραγματείας, ὅσα δ' ἀναγκαῖα τῶν περὶ αὐτὸν διαγνῶναι ἦν, ταῦτα καὶ ἐκ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ πεπονημένης ἡμῖν τε καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς ἱερῷ μάρτυρι Παμφίλῳ ἀπολογίας, πάρεστιν ἀναλέξασθαι· ἣν τῶν φιλαιτίων ἕνεκα συμπονήσαντες ἀλλήλοις, διὰ σπουδῆς πεποιήμεθα.

## Caput XXXIV.

*De Philippo Cæſare.*

Huc refer Niceph. c. 25. l. 5.

INterea cùm Gordianus ſex totis annis Romanum Imperium adminiſtraſſet, Philippus unà cum Philippo filio in ejus locum ſucceſſit. Hunc utpote Chriſtianum, fama eſt in poſtrema paſchæ vigilia precationum in Eccleſia participem ſimul cum reliquo populo fieri voluiſſe: ſed Epiſcopum qui tunc Eccleſiæ præerat, non prius illi aditum permiſiſſe quàm confeſſionem ſcelerum feciſſet, iiſque qui humanitus lapſi fuerant, & in pœnitentium ordine ſtabant, ſeſe adjunxiſſet. Quippe ob multa quæ commiſerat crimina, numquam omninò ab Epiſcopo fuiſſet admiſſus, niſi id prius feciſſet. Et Imperator quidem libenter obtemperaſſe dicitur, ſincerumq; ac religioſum affectum timoris Dei, operibus ipſis declaraſſe.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

Τὰ κατὰ Φίλιππον Καίσαρα.

Ἔτεσι δὲ ὅλοις ἓξ Γορδιανοῦ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἀνύσαντος, Φίλιππος ἅμα παιδὶ Φιλίππῳ τὴν ἀρχὴν διαδέχεται. τοῦτον κατέχει λόγος χριστιανὸν ὄντα, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ὑστάτης τοῦ Πάσχα παννυχίδος, τῶν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας εὐχῶν τῷ πλήθει μετασχεῖν ἐθελῆσαι· οὐ πρότερον δὲ ὑπὸ τοῦ τηνικάδε προεστῶτος ἐπιτραπῆναι εἰσβαλεῖν, ἢ ἐξομολογήσασθαι, καὶ τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις, μετανοίας τε χώραν ἴσχουσιν, ἑαυτὸν καταλέξαι· ἄλλως γὰρ μὴ ἄν ποτε πρὸς αὐτοῦ, μὴ οὐχὶ τοῦτο ποιήσαντα, διὰ πολλὰς τῶν κατ' αὐτὸν αἰτίας παραδεχθῆναι. καὶ πειθαρχῆσαί γε προθύμως λέγεται, τὸ γνήσιον καὶ εὐλαβὲς τῆς περὶ τὸν θεῖον φόβον διαθέσεως ἔργοις ἐπιδεδειγμένον.

## Caput XXXV.

*Quomodo Dionyſius Heraclæ in Epiſcopatu ſucceſſit.*

Vide Nicephor. c. 26. l. 5.

ANno autem hujus Imperii tertio cum Heraclas poſt ſexdecim Epiſcopatus annos diem extremum obiiſſet, pontificatum Alexandrinæ Eccleſię ſuſcepit Dionyſius.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Ὡς Διονύσιος Ἡρακλᾶν τὴν Ἐπισκοπὴν διεδέξατο.

Τρίτον δὲ τούτῳ ἔτος ἦν, καθ' ὃ μεταλλάξαντος Ἡρακλᾶ τὸν βίον ἐπὶ ἑκκαίδεκα ἔτεσι τῆς προστασίας, τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἐκκλησιῶν τὴν Ἐπισκοπὴν Διονύσιος ὑπολαμβάνει.

## Caput XXXVI.

*Quot prætereà libri ab Origene lucubrati ſint.*

Vide Niceph. l. 5. c. 19.

QUo tempore cum fides noſtra, ut par erat, augeretur in dies, & doctrina Chriſtianorum ſumma ubique libertate frueretur, Origenes jam ſexagenario major: utpote qui ex diuturna exercitatione maximum dicendi uſum ſibi comparaſſet, conciones quas habebat ad populum, à Notariis excipi permiſit, cum id antea fieri numquã conceſſiſſet.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛϚ'.

Ὅσα ἄλλα ἐσπούδασται τῷ Ὠριγένει.

Τότε δῆτα οἷα καὶ εἰκὸς ἦν πληθυνούσης τῆς πίστεως, πεπαρρησιασμένου τε τοῦ καθ' ἡμᾶς παρὰ πᾶσι λόγου, ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντά φασιν ἔτη τὸν Ὠριγένην γενόμενον, ἅτε μεγίστην ἤδη συλλεξάμενον ἐκ τῆς μακρᾶς παρασκευῆς ἕξιν, τὰς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ λεγομένας αὐτῷ διαλέξεις ταχυγράφοις μεταλαβεῖν ἐπιτρέψαι. οὐ πρότερόν ποτε τοῦτο γενέσθαι συγ-

κεχωρηκότα

κεχωρηκότα. ἐν τούτῳ καὶ τὰ πρὸς τὸν ἐπιγεγραμμένον καθ' ἡμῶν Κέλσου τοῦ ἐπικουρείου ἀληθῆ λόγον, ὀκτὼ τὸν ἀριθμὸν συγγράμματα συντάττει. καὶ τοὺς εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον εἰκοσιπέντε τόμους. τούς τε εἰς τοὺς δώδεκα Προφήτας, ἀφ' ὧν μόνους εὕρομεν πέντε καὶ εἴκοσι. φέρεται δ' αὐτοῦ καὶ πρὸς αὐτὸν βασιλέα Φίλιππον ἐπιστολή. καὶ ἄλλη πρὸς τὴν τούτου γαμετὴν Σεβήραν. διάφοροί τε ἄλλαι πρὸς διαφόρους. ὧν ὁπόσας σποράδην παρὰ διαφόροις σωθείσας συναγαγεῖν δεδυνήμεθα, ἐν ἰδίαις τόμων περιγραφαῖς, ὡς ἂν μηκέτι διαρριπτοῖντο κατελέξαμεν, τὸν ἑκατὸν ἀριθμὸν ὑπερβαινούσας. γράφει δὲ καὶ Φαβιανῷ τῷ κατὰ Ῥώμην Ἐπισκόπῳ, ἑτέροις τε πλείστοις ἄρχουσιν ἐκκλησιῶν, περὶ τῆς κατ' αὐτὸν ὀρθοδοξίας. ἔχεις καὶ τούτων τὰς ἀποδείξεις, ἐν ἕκτῳ τῆς γραφείσης ἡμῖν περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀπολογίας.

A Sub idem tempus octo libros compoſuit adverſus librum quemdam Celſi Epicurei contra Chriſtianos qui de vera doctrina inſcribitur. Quinque præterea ac viginti Volumina in Evangelium Matthæi elaboravit: & in duodecim Prophetas expoſitiones, quarum quinque duntaxat & viginti libros reperimus. Exſtat etiam ejus epiſtola ad Imperatorem ipſum Philippum, & altera ad conjugem illius Severam: diverſæ præterea ad diverſos ſcriptæ. Ex quibus quotcunq; ſparſim apud varios aſſervatas reperire potuimus, ſeorſum in proprios libros, ne iterum diſſiparentur, B digeſſimus. Sunt autem illæ numero ſupra centum. Sed & ad Fabianum Romanę urbis epiſcopum, & ad complures alios eccleſiarum Antiſtites de recta fidei ſuæ ratione epiſtolas ſcripſit. Harum autem rerum certiſſima documenta habes in ſexto libro Apologetici illius quem nos pro ejus defenſione conſcripſimus.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖ'.

Περὶ τῆς τῶν Ἀράβων διαστάσεως.

Ἄλλοι δ' αὖ πάλιν ἐπὶ τῆς Ἀραβίας κατὰ τὸν δηλούμενον ἐπιφύονται χρόνον, δόγματος C ἀλλοτρίου τῆς ἀληθείας εἰσηγηταί. οἳ ἔλεγον τὴν ἀνθρωπείαν ψυχὴν τέως μὲν κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν, ἅμα τῇ τελευτῇ συναποθνήσκειν τοῖς σώμασι καὶ συνδιαφθείρεσθαι. αὖθις δέ ποτε κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν σὺν αὐτοῖς ἀναβιώσεσθαι. καὶ δὴ καὶ τότε συγκροτηθείσης οὐ σμικρᾶς συνόδου, πάλιν Ὠριγένης παρακληθεὶς καὶ ἐνταῦθα, κινήσας τε λόγους ἐπὶ τοῦ κοινοῦ περὶ τοῦ ζητουμένου οὕτως ἠνέχθη, ὡς μεταθεθῆναι τὰς τῶν πρότερον ἐσφαλμένων διανοίας.

## Caput XXXVII.

*De Arabum diſcordia.*

Eodem tempore alii rurſus in Arabia, dogmatis cujuſdam à veritate prorſus alieni auctores exſtiterunt. Aſſerebant enim hominum animas in præſenti quidem ſeculo unà cum corporibus interire atque corrumpi: rurſus verò reſurrectionis tempore ſimul cum iiſdem corporibus ad vitam eſſe redituras. Convocato igitur hanc ob cauſam non exiguo concilio, iterum rogatus etiam illic Origenes, cum diſputationem de quæſtione illa coram omni multitudine inſtituiſſet, tanto robore decertavit, ut qui prius in errorem lapſi fuerant, ſententiam mutarent.

Vide Nicephor. l. 5 c. 23.

D

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ'.

Περὶ τῆς Ἐλκεσαϊτῶν αἱρέσεως.

Τότε δὲ καὶ ἄλλη διαστροφὴ κατάρχεται ἡ τῶν Ἐλκεσαϊτῶν λεγομένη αἵρεσις. ἣ καὶ ἅμα τῷ ἄρξασθαι ἀπέσβη. μνημονεύει δ' αὐτῆς ὁμιλῶν ἐπὶ τοῦ κοινοῦ εἰς τὸν ὀγδοηκοστὸν δεύτερον Ψαλμὸν ὁ Ὠριγένης, ὧδέ πως λέγων. ἐλήλυθέ τις ἐπὶ τοῦ παρόντος μέγα φρονῶν ἐπὶ τῷ δύνασθαι πρεσβεύειν γνώμης ἀθέου καὶ ἀσεβεστάτης, καλουμένης Ἐλκεσαϊτῶν, νεωστὶ ἐπανισταμένης ταῖς ἐκκλησίαις. ἐκείνη ἡ γνώμη

## Caput XXXVIII.

*De hæreſi Helceſaitarum.*

Alius quoque tunc temporis error exortus eſt, Helceſaitarum ſcilicet hæreſis: quæ quidem ſimul nata, ſimul exſtincta eſt. Hujus mentionem facit Origenes in Homilia ad populum qua Pſalmum octogeſimum ſecundum exponit, his verbis: Quidam, inquit, nuper advenit de ſe ipſe magnificè ſentiens, utpote qui impiam & nefariam Helceſaitarum opinionem quæ adverſus eccleſiam recens coorta eſt, poſſit defendere. Expo-

Huc refer Niceph. l. 5. c. 24.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

nam autem vobis quæ & quanta perperam aſſerat hæc ſecta, ne fortè vos ab illa abripi ſinatis. Ex univerſo ſacræ Scripturæ Canone quædam rejicit: quibuſdam verò utitur teſtimoniis tum ex vetere inſtrumento, tum ex evangelio. Paulum quidem Apoſtolum integrum repudiat. Docet præterea indifferentem rem eſſe Chriſtum abnegare: & eum qui ſapit, ore quidem tenus in ipſo diſcrimine negaturum eſſe, ſed non ex animi ſententia. Librum etiam proferunt quem è cælo delapſum affirmant: eoſque qui auſcultaverint illi & crediderint, peccatorum veniam conſecuturos, & quidem diverſum ab illa peccatorum remiſſione quam Jeſus Chriſtus impertiit. Sed de his hactenus.

## Caput XXXIX.

*De perſecutione Decii, & quæ paſſus eſt Origenes.*

Huc refer Niceph. c. 27. 32. l. 5.

PHilippo interim cùm ſeptem annis regnaviſſet, ſucceſſit Decius: qui præ odio adverſus Philippum, perſecutionem intulit Eccleſiæ. In qua perſecutione cum Fabianus Romæ martyrium pertuliſſet, in ejus locum Cornelius ſubrogatus eſt epiſcopus. In Palæſtina autem Alexander Hieroſolymorum Epiſcopus, rurſus propter Chriſtum ad Prçſidis tribunal adductus, cùm ex ſecunda hac confeſſione magnam gloriam retuliſſet, Cęſareę in carcerem conjectꝰ eſt: vir decora ſenectute & veneranda canitie conſpicuus. qui cùm poſt prçclaram atq; illuſtrem Chriſtianæ fidei confeſſionem in prçſidiali judicio editam, tandem in cuſtodia animam exhalaſſet, Mazabanes in ejus locum epiſcopꝰ Hieroſolymorum renuntiatus eſt. Eodemq; modo apud Antiochiam epiſcopo Babyla poſt confeſſionem in vinculis mortuo, Fabius eccleſiæ illi præficitur. Porrò quæ & quanta Origeni in ea perſecutione acciderint: & quis horum omniũ exitus fuerit, dum peſſimus Dæmon omnes adverſus illum copias inſtantius movet, cunctiſque machinis ac viribus eum impugnat, & in hunc præ reliquis omnibus qui tunc temporis appetiti ſunt, præcipuè irruit: Quæ item & quanta propter doctrinam Chriſti vir ille pertulerit, vincula ſcilicet & corporis cruciatus, & in intimo carceris receſſu ferrei torquis ærumnas; utque multorum dierum ſpatio pedes in nervo ad quatuor uſque foraminum interſtitia diſtenti fuerint: ad hæc ignium

A οἷα λέγει κακὰ, παραθήσομαι ὑμῖν, ἵνα μὴ συναρπάζησθε. ἀθετεῖ τινὰ ἀπὸ πάσης γραφῆς· κέχρηται ῥητοῖς πάλιν ἀπὸ πάσης παλαιᾶς τε καὶ Εὐαγγελικῆς· τὸν Ἀπόστολον τέλεον ἀθετεῖ. φησὶ δὲ ὅτι τὸ ἀρνήσασθαι ἀδιάφορόν ἐστι, ὁ μὲν νοήσας, τῷ στόματι ἐν ἀνάγκαις ἀρνήσεται. τῇ δὲ καρδίᾳ οὐχί. καὶ βίβλον τινὰ φέρουσιν, ἣν λέγουσιν ἐξ οὐρανοῦ καταπεπτωκέναι. καὶ τὸν ἀκηκοότα ἐκείνης καὶ πιστεύοντα, ἄφεσιν λήψεσθαι τῶν ἁμαρτημάτων. ἄλλην ἄφεσιν παρ' ἣν Χριστὸς Ἰησοῦς ἀφῆκε. καὶ τὰ μὲν περὶ τούτων τάδε ἐστίν.

B

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘʹ.

Περὶ τῶν κατὰ Δέκιον.

ἈΛλὰ γὰρ Φίλιππον ἔτεσιν ἑπτὰ βασιλεύσαντα, διαδέχεται Δέκιος· ὃς δὴ τῆς πρὸς Φίλιππον ἔχθρας ἕνεκα, διωγμὸν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐγείρει· ἐν ᾧ Φαβιανοῦ ἐπὶ Ῥώμης μαρτυρίῳ τελειωθέντος, Κορνήλιος τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. ἐπὶ δὲ Παλαιστίνης Ἀλέξανδρος ὁ τῆς Ἱεροσολύμων ἐκκλησίας ἐπί-
C σκοπος, αὖθις διὰ Χριστὸν ἐν τῇ Καισαρείᾳ ἡγεμονικοῖς παραστὰς δικαστηρίοις, καὶ ἐπὶ δευτέρᾳ διαπρέψας ὁμολογίᾳ, δεσμωτηρίου πειρᾶται. λιπαρῷ γήρει καὶ σεμνῇ πολιᾷ κατεστεμμένος. τούτου δὲ μετὰ τὴν ἐν τοῖς ἡγεμονικοῖς δικαστηρίοις λαμπρὰν καὶ περιφανῆ μαρτυρίαν, ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς κοιμηθέντος, Μαζαβάνης διάδοχος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπισκοπῆς ἀναδείκνυται. τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ παραπλησίως ἐν Ἀντιοχείᾳ τοῦ Βαβύλα μετὰ τὴν ὁμολογίαν ἐν δεσμωτηρίῳ μεταλλά-
D ξαντος, Φάβιος τῆς αὐτόθι προΐσταται ἐκκλησίας. τὰ μὲν οὖν Ὠριγένει κατὰ τὸν διωγμὸν συμβάντα οἷα καὶ ὅσα. καὶ ὁποίας ἔτυχε τελευτῆς, τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐφαμίλλως τῷ ἀνδρὶ πανστρατιᾷ παραταξαμένου, πάσῃ τε μηχανῇ καὶ δυνάμει κατ' αὐτοῦ στρατηγήσαντος, παρὰ πάντας τε τοὺς τηνικάδε πολεμηθέντας διαφερόντως ἐπισκήψαντος αὐτῷ. οἷά τε καὶ ὅσα διὰ τὸν Χριστοῦ λόγον ὁ ἀνὴρ ὑπέμεινε δεσμὰ καὶ βασάνους τὰς κατὰ τοῦ σώματος. τάς τε ὑπὸ σιδήρῳ κλοιῷ καὶ μυχοῖς εἱρκτῆς τιμωρίας. καὶ ὡς ἐπὶ πλείσταις ἡμέραις τοὺς πόδας ὑπὸ τέσσαρα τοῦ

κολαστηρίου ξύλου παραλαθεὶς διαστήματα κα-ταπωμένος. πυρός τε ἀπειλάς, καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς τῶν ἐχθρῶν ἐπενεχθέντα καρτερῶς ἤνεγκεν. οἷ τε τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἔτυχε τέλους, μηδαμῶς αὐτὸν ἀνελεῖν παντὶ σθένει τοῦ δικαστοῦ φιλονεικῶς ἐνστάντος. ὁποίας τε μετὰ ταῦτα καταλείπει φωνάς, καὶ ταύτας πλήρεις τοῖς ἀναλήψεως δεομένοις ὠφελείας. πλεῖσται ὅσαι τἀνδρὸς ἐπιστολαὶ τἀληθὲς ὁμοῦ καὶ ἀκριβὲς περιέχουσι.

A minas, & quæcumque alia ab inimicis illata fortiter ſuſtinuit: & cujuſmodi tandem harum rerum exitus fuerit, judice omni virium niſu ambitioſè contendente ne illum interficeret: deniq; quos ſermones poſthęc quamque utiles iis qui conſolatione indigent reliquerit, plurimæ ejus epiſtolæ non minus verè quàm accuratè commemorant.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ΄.

*Περὶ τῶν Διονυσίῳ συμβάντων.*

ΤΑ᾽ γέτοι κατὰ Διονύσιον, ἐκ τῆς πρὸς B Γερμανὸν ἐπιστολῆς αὐτοῦ παραθήσομαι· ἔνθα τοῦτον περὶ ἑαυτοῦ λέγων ἱστορεῖ τὸν τρόπον. ἐγὼ δὲ καὶ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ λαλῶ, καὶ αὐτὸς οἶδεν ὅτι οὐ ψεύδομαι· οὐδὲ μίαν ἐπ᾽ ἐμαυτοῦ βαλλόμενος, οὐ δὲ ἀθεεὶ πεποίημαι τὴν φυγήν. ἀλλὰ καὶ πρότερον τοῦ κατὰ Δέκιον προτεθέντος διωγμοῦ, Σαβῖνος αὐτῆς ὥρας φρουμεντάριον ἔπεμψεν εἰς ἀναζήτησίν μου. κἀγὼ μὲν τεσσάρων ἡμερῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔμεινα, τὴν ἄφιξιν τοῦ φρουμενταρίου προσδοκῶν. ὁ δὲ πάντα μὲν περιῆλθεν, ἀνερευνῶν. τὰς ὁδούς, τοὺς ποταμούς, τοὺς ἀγρούς. C ἔνθα κρύπτεσθαί με ἢ βαδίζειν ὑπενόησεν. ἀορασίᾳ δὲ εἴχετο, μὴ εὑρίσκων τὴν οἰκίαν· οὐ γὰρ ἐπίστευεν οἴκοι με διωκόμενον μένειν. καὶ μόλις μετὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν κελεύσαντός μοι μεταστῆναι τοῦ Θεοῦ, καὶ παραδόξως ὁδοποιήσαντος. ἐγώ τε καὶ οἱ παῖδες καὶ πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν, ἅμα συνεξήλθομεν. καὶ ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας ἔργον ἐκεῖνο γέγονε, τὰ ἑξῆς ἐδήλωσεν. ἐν οἷς τάχα τισὶ γεγόναμεν χρήσιμοι. εἶτα τινὰ μεταξὺ εἰπών, τὰ μετὰ D τὴν φυγὴν αὐτῷ συμβεβηκότα δηλοῖ, ταῦτα ἐπιφέρων. ἐγὼ μὲν γὰρ περὶ ἡλίου δυσμὰς ἅμα τοῖς σὺν ἐμοὶ γενόμενος ὑπὸ τοῖς στρατιώταις, εἰς Ταπόσιριν ἤχθην· ὁ δὲ Τιμόθεος κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν ἔτυχε μὴ παρών, μηδὲ καταληφθείς. ἐλθὼν δὲ ὕστερον, εὗρε τὸν οἶκον ἔρημον· καὶ φρουροῦντας αὐτὸν ὑπηρέτας ἡμᾶς δὲ ἐξηνδραποδισμένους. καὶ μεθ᾽ ἕτερα φησί. καὶ τίς ὁ τῆς θαυμασίας οἰκονομίας αὐτοῦ τρόπος· τὰ γὰρ ἀληθῆ λεχθήσεται. ἀπήντα τις τῶν χωριτῶν ὑποφεύγοντι τῷ Τιμοθέῳ καὶ τεταραγμένῳ. καὶ τὴν αἰτίαν

## Caput XL.

*De his quæ Dionyſio acciderunt.*

QUæ autem Dionyſio contigerunt, ex ipſius adverſus Germanum epiſtola hic adſcribam: in qua de ſemetipſo verba faciens, ita narrat: Ego verò coram Deo loquor, & ipſe ſcit me nequaquam mentiri: nunquam mea ſponte, nec ſine Dei nutu fugam inii. Sed & prius, cum perſecutionis edictum ſub Decio propoſitum fuiſſet, Sabinus Frumentarium qui me requireret, eodem temporis momento miſit. Atque ego quidem quatriduo domi manſi, adventum exſpectans Frumentarii. Ille verò omnia circumeundo perſcrutabatur; vias, fluvios, agros: ubi me occultari aut quà tranſiturum eſſe ſuſpicabatur. Verùm caligo quædam ei obtutum ademerat, ne domum reperiret. Neque enim opinabatur me domi conſiſtere graſſante adverſus me perſecutione. Vixque poſt diem quartum, cùm Deus mihi ut aliò migrarem præcepiſſet, ac præter opinionem omnium viam aperuiſſet: ego & famuli, multique ex fratribus ſimul egreſſi ſumus. Atque id divinæ providentiæ opus fuiſſe, rerum eventus poſtea declaravit. Siquidem nonnullis fortaſſe haudquaquam inutiles fuimus. Deinde paucis interpoſitis, ea quæ ipſi poſt fugam contigerunt ſubjungit his verbis: Ego quidem circa Solis occaſum unà cum comitibus meis à militibus comprehenſus, Taposirim perductus ſum. Timotheus verò Deo ita diſponente, tum quidem non adfuit, nec comprehenſus eſt. Sed cùm poſtea adveniſſet, domum vacuam reperit, & ſatellites qui eam cuſtodiebant: nos verò in ſervitutem abductos. Et aliquanto poſt: Quiſnam verò, inquit, divinæ illius diſpoſitionis ordo ac modus fuit? Dicam enim quæ vera ſunt. Aufugienti & perturbato Timotheo agreſtis

*Huc refer Niceph. c. 28. l. 5.*

quidam occurrens, cauſam feſtinationis percontatur. Ille rem ut erat expoſuit. Ruſticus re audita (pergebat tunc forte ad nuptiale convivium. Solent enim in hujuſmodi conviviis totam noctem pervigilare) ingreſſus rem diſcumbentibus narrat. Qui confeſtim quaſi ſigno dato, omnes uno impetu conſurrexerunt: & concito curſu in nos irruentes, clamorem ediderunt. Continuo ſatellitibus qui nos cuſtodiebant in fugam verſis, ſupervenientes, nos, ut eramus, nudis in grabatis jacentes deprehenderunt. Ac primo quidem aſpectu, Deum teſtor, latrones eſſe exiſtimans qui ſpoliandi ac diripiendi cauſâ veniſſent, manens in lectulo meo nudus, ſola opertus linea tunica, reliquam veſtem quę juxta me poſita erat eis porrexi. At illi conſurgere me & quam celerrimè proficiſci juſſerunt. Tunc demum intelligens cujus rei gratia veniſſent, vociferari cœpi: rogans atque obteſtans ut abirent, noſque illic dimitterent. Quod ſi de nobis bene mereri vellent, orabam ut eos qui me abducebant ſatellites prævenirent, ipſiq; caput mihi demerent. Hæc me vociferantem, ut norunt ii qui mihi conſortes & participes ærumnarum omnium fuere, invitum ſurgere coëgerunt. Ac me quidem ipſe humi ſupinum abjeci. Illi verò pedibus manibuſque comprehendentes me trahere atque educere cœperunt. Sequebantur me Caïus & Fauſtus, Petrus ac Paulus: qui horum omnium teſtes fuere. Qui me ſuſcipientes, ex oppidulo exportarunt, ac deinde nudo impoſitum aſino abduxerunt. Et hæc quidem de ſeipſo Dionyſius narrat.

A τῆς ἐπείξεως ἐπύθετο. ὁ δὲ τἀληθὲς ἐξεῖπε· κἀκεῖνος ἀκούσας. ἀπῄει δὲ εὐωχησόμενος γάμους. διαπαννυχίζειν γὰρ αὐτοῖς ἐν ταῖς τοιαύταις συνόδοις ἔθος. εἰσελθὼν ἀπήγγειλε τοῖς κατακειμένοις. οἱ δὲ ὁρμῇ μιᾷ καθάπερ ἀπὸ συνθήματος πάντες ἐξανέστησαν. καὶ δρόμῳ φερόμενοι τάχιστα ἧκον. ἐπιπεσόντες τε ἡμῖν ἠλάλαξαν καὶ φυγῆς εὐθέως τῶν φρουρούντων ἡμᾶς στρατιωτῶν γενομένης, ἐπέστησαν ἡμῖν ὡς εἴχομεν ἐπὶ τῶν ἀστρώτων σκιμπόδων κατακείμενοι. κἀγὼ μὲν οἶδεν ὁ Θεὸς ὡς λῃστὰς εἶναι
B πρότερον ἡγούμενος ἐπὶ σύλησιν καὶ ἁρπαγὴν ἀφικομένους, μένων ἐπὶ τῆς εὐνῆς, ἐφ' ἧς ἤμην γυμνὸς, ἐν τῷ λινῷ ἐσθήματι. τὴν δὲ λοιπὴν ἐσθῆτα παρακειμένην αὐτοῖς ὤρεγον. οἱ δὲ ἐξανίστασθαί τε ἐκέλευον καὶ τὴν ταχίστην ἐξιέναι. καὶ τότε συνεὶς ἐφ' ᾧ παρῆσαν, ἀνέκραγον δεόμενος αὐτῶν καὶ ἱκετεύων ἀπιέναι καὶ ἡμᾶς ἐᾶν. εἰ δὲ βούλονταί τι χρηστὸν ἐργάσασθαι, τοὺς ἀπάγοντάς με φθάσαι, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοὺς τὴν ἐμὴν ἀποτεμεῖν ἠξίουν. καὶ τοιαῦτα βοῶντος, ὡς ἴσασιν οἱ κοινωνοί μου καὶ
C μέτοχοι πάντων γενόμενοι, ἀνίστασαν πρὸς βίαν. κἀγὼ μὲν παρῆκα ἐμαυτὸν ὕπτιον εἰς τοὔδαφος· οἱ δὲ διαλαβόντες χειρῶν καὶ ποδῶν σύροντες ἐξήγαγον. ἐπηκολούθουν δέ μοι οἱ τούτων πάντων γενόμενοι μάρτυρες. Γάϊος. Φαῦστος. Πέτρος. Παῦλος· οἱ καὶ ὑπολαβόντες με, φοράδην ἐξήγαγον τοῦ πολιχνίου. καὶ ὄνῳ γυμνῷ ἐπιβιβάσαντες ἀπήγαγον. ταῦτα περὶ ἑαυτοῦ ὁ Διονύσιος διεξέρχεται.

## Caput XLI.

*De iis qui Alexandriæ martyrium ſubierunt.*

Huc refer Niceph. l. 5. c. 29. 30. 31.

IN epiſtola verò ad Fabium epiſcopum Antiochiæ, eorum qui imperante Decio martyrium Alexandriæ ſubierunt, certamina refert hoc modo: Nequaquam ex Imperatoris edicto perſecutio cœpta eſt, quippe quæ integro anno anteverterat. Etenim infauſtus quidam Vates ac Poëta quiſquis ille fuit, commoverat jam antea atque incitaverat adverſus nos Gentilium turbas, ad innatam genti ſuperſtitionem animos eorum incendens. Ab hoc igitur homine ſtimulati, omnemque ad patranda ſcelera licentiam nacti,

D

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑ'.

Περὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς Ἀλεξανδρείας μαρτυρησάντων.

Ὁ δ' αὐτὸς ἐν ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Φάβιον Ἐπίσκοπον Ἀντιοχέων, τῶν κατὰ Δέκιον μαρτυρησάντων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοὺς ἀγῶνας, τοῦτον ἱστορεῖ τὸν τρόπον. οὐκ ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ προστάγματος ὁ διωγμὸς παρ' ἡμῖν ἤρξατο, ἀλλὰ γὰρ ὅλον ἐνιαυτὸν προὔλαβε· καὶ φθάσας ὁ κακῶν τῇ πόλει ταύτῃ μάντις καὶ ποιητὴς ὅστις ἐκεῖνος ἦν, ἐκίνησε καὶ παρώρμησε καθ' ἡμῶν τὰ πλήθη τῶν ἐθνῶν, εἰς τὴν ἐπιχώριον αὐτοὺς δεισιδαιμονίαν ἀναρριπίσας. οἱ δὲ ἐρεθισθέντες ὑπ' αὐτοῦ, καὶ πάσης ἐξουσίας

DECIUS.

εἰς ἀνοσιουργίαν λαβόμενοι. μόνην εὐσέβειαν τὴν θρησκείαν τῶν δαιμόνων ταύτην ὑπέλαβον, τὸν καθ' ἡμῶν φονᾶν. πρῶτον μὲν οὖν πρεσβύτην Μητρᾶν ὀνόματι συναρπάσαντες, καὶ κελεύσαντες ἄθεα λέγειν ῥήματα. μὴ πειθόμενον, ξύλοις τε παίοντες τὸ σῶμα, καὶ καλάμοις ὀξέσι τὸ πρόσωπον καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς κεντοῦντες, ἀγαγόντες εἰς τὸ προάστειον, κατελιθοβόλησαν. ἔπειτα πιστὴν γυναῖκα Κοίνταν καλουμένην ἐπὶ τὸ εἰδωλεῖον ἀπαγαγόντες, ἠνάγκαζον προσκυνεῖν· ἀποστρεφομένην δὲ καὶ βδελυττομένην, ἐκδήσαντες τῶν ποδῶν, διὰ πάσης τῆς πόλεως κατὰ τοῦ τραχέος λιθοστρώτου σύροντες, προσαρασσομένην τοῖς μυλιαίοις λίθοις ἅμα καὶ μαστιγοῦντες, ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀγαγόντες κατέλευσαν τόπον. εἶθ' ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες ὥρμησαν ἐπὶ τὰς τῶν θεοσεβῶν οἰκίας· καὶ οὓς ἐγνώριζον ἕκαστοι γειτνιῶντας, ἐπισπεύδοντες ἦγον. ἐσύλων τε καὶ διήρπαζον. τὰ μὲν τιμιώτερα τῶν κειμηλίων νοσφιζόμενοι· τὰ δὲ εὐτελέστερα καὶ ὅσα ἐκ ξύλων ἐπεποίητο, διαρριπτοῦντες, καὶ κατακαίοντες ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἑαλωκυίας ὑπὸ πολεμίων πόλεως παρεῖχον θέαν. ἐξέκλινον δὲ καὶ ὑπανεχώρουν οἱ ἀδελφοί. καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων, ὁμοίως ἐκείνοις οἷς καὶ Παῦλος ἐμαρτύρησε, μετὰ χαρᾶς προσεδέξαντο. καὶ οὐκ οἶδ' εἴ τις πλὴν εἰ μή πού τις εἷς ἐμπεσών, μέχρι γε τούτου τὸν Κύριον ἠρνήσατο. ἀλλὰ καὶ τὴν θαυμασιωτάτην τότε παρθένον πρεσβῦτιν Ἀπολλωνίαν διαλαβόντες, τοὺς μὲν ὀδόντας ἅπαντας, κόπτοντες τὰς σιαγόνας, ἐξήλασαν· πυρὰν δὲ νήσαντες πρὸ τῆς πόλεως, ζῶσαν ἠπείλουν κατακαῦσαι, εἰ μὴ συνεκφωνήσειεν αὐτοῖς τὰ τῆς ἀσεβείας κηρύγματα. ἡ δὲ ὑποπαραιτησαμένη βραχὺ καὶ ἀνεθεῖσα, συντόνως ἐπεπήδησεν εἰς τὸ πῦρ, καὶ καταπέφλεκται. Σαραπίωνά τε καταλαβόντες ἐφέστιον, σκληραῖς βασάνοις αἰκισάμενοι, καὶ πάντα τὰ ἄρθρα διακλάσαντες, ἀπὸ τοῦ ὑπερῴου πρηνῆ κατέρριψαν. οὐδεμία δὲ ὁδός. οὐ λεωφόρος. οὐ στενωπὸς ἡμῖν βάσιμος ἦν. οὐ νύκτωρ, οὐ μεθημέραν. ἀεὶ καὶ πανταχοῦ πάντων κεκραγότων, εἰ μὴ τὰ δύσφημα τὶς ἀνυμνοίη ῥήματα, τοῦτον εὐθέως δεῖν σύρεσθαί τε καὶ πίμπρασθαι. καὶ ταῦτα ἐπὶ πολὺ μὲν τοῦτον ἤκμασε τὸν τρόπον. διαδεξαμένη δὲ τοὺς

A hanc ſolam pietatem cultumq; dæmonum ſuorum exiſtimabant, ſi cædibus adverſus noſtros ſævirent. Primum itaque ſenem quemdam Metram nomine, correptum impia verba proferre jubent. Quod cum ille abnueret, fuſtibus hominem verberantes, & acutis arundinibus vultum ejus oculoſque pungentes, deductum in ſuburbium lapidibus obruerunt. Poſthæc fidelem quamdam mulierem Quintam nomine, ad idoli templum perductam, adorare illud coëgerunt. Quod cùm illa averſaretur atque execraretur, conſtrictis pedibus eam per totius civitatis vicos aſpero ſilice conſtratos rapientes, ſaxis illiſam B molaribus, flagris inſuper verberantes, ad ſuburbium itidem abducunt; ibique lapidibus interficiunt. Omnes deinde uno impetu in domos Chriſtianorum irruere cœperunt: & quos quiſque ſibi vicinos noverat, eos illicò properantes agebant, ſpoliabant ac diripiebant: ea quidem quæ maximè pretioſa eſſent in ſinum ſuum congerentes: viliora autem & lignea quæque disjiciebant, ac per vias concremabant: captæ ab hoſtibus urbis ſpeciem atque imaginem exhibentes. Fratres verò declinabant & C ſubducebant ſe fuga; ac direptionem bonorum ſuorum perinde ac illi de quibus Paulus teſtificatus eſt, cum gaudio exceperunt. Nec eorum quiſquam quod equidem ſciam, niſi fortaſſe unus aliquis in illorum manus incidens, hactenus quidem Deum negavit. Sed & admirandam illam provectæ jam ætatis virginem Apolloniam tunc comprehenderunt. Et maxillas quidem ejus verberantes, cunctos ei dentes excuſſerunt. Accenſo autem extra urbem rogo, minabantur vivam ſe illam combuſturos, niſi unà cum ipſis impia verba pronuntiaret. At illa veniam deprecari D pauliſper viſa, atque interim dimiſſa, celeriter in ignem inſiliit & conflagravit. Præterea Serapionem quemdam cum in ædibus ſuis deprehendiſſent, acerbiſſimis tormentis excruciarunt, & membris omnibus confractum ex cœnaculo præcipitem dejecerunt. Porro nuſquam: non per viam publicam, non per angiportus incedere, aut noctu aut interdiu nobis licebat: cum omnes ubique & aſſiduè clamitarent: quicumq; impia illa verba proferre abnuiſſet, eum illicò trahendum eſſe, & flammis ultricib⁹ abſumendum. Et hæc quidem diutiſſimè viguerunt ad hunc

modum. Secuta deinde ſeditio & bellum civile miſeros excipiens, crudelitatem quâ in noſtros graſſati fuerant, in ipſos mutuo convertit. Ac nos quidem paululum reſpiravimus, dum illorum ceſſaret furor. Sed continuo imperii illius erga nos benigniſſimi mutatio nobis nuntiata eſt: & graviſſimus nobis minarum terror intentabatur. Jamque aderat edictum Imperatoris, illud ipſum fere quod à Domino noſtro prædictum eſt, horrificum ac terribile exhibens, adeo ut ipſi etiam electi, ſi fieri poſſet, ſcandalum paterentur. Omnes certè mirum in modum exterriti ſunt. Ac multi quidem ex illuſtrioribus, præ metu ſtatim occurrerunt. Alii qui rem publicam adminiſtrabant, ipſa actuum ſuorum neceſſitate pertracti veniebant. Alii à notis & familiaribus adducebantur: & nominatim citati, ad impura & profana ſacrificia accedebant: nonnulli quidem pallidi ac tremebundi, quaſi non ſacrificaturi, ſed ipſi potius victimarum loco idolis immolandi eſſent. Adeo ut à circumſtante multitudine deriderentur: quippe qui palam omnibus oſtenderent, ſe tum ad moriendum, tum ad ſacrificandum puſillo animo eſſe. Alii verò promptius ad aras accurrebant, audacter affirmantes nunquam ſe antea Chriſtianos fuiſſe. De quibus veriſſimè prædixit olim Dominus, ejuſmodi homines ægrè ſalutem conſecuturos. Ceteri autem partim alterutros eorum quos diximus ſequebantur: partim ſe in fugam dabant: partim comprehendebantur. Ex quibus nonnulli cum uſque ad vincula & cuſtodiam progreſſi eſſent: quidam etiam pluſculos dies in carcere perſtitiſſent: prius tamen quam in judicium inducerentur, fidem ejurarunt. Nonnulli verò cum aliquandiu tormenta fortiter ſuſtinuiſſent, ad reliqua quæ intentabantur ſupplicia animos deſponderunt. Verùm beati illi ac ſtabiles columnæ Domini, ab ipſo confirmati, & fidei ſuæ robori congruentè & ex æquo reſpondentem vim atque conſtantiam nacti, admirabiles regni illius teſtes effecti ſunt. quorum Julianus, vir podagrę doloribus conſtrictus, qui nec ſtare poterat nec incedere: unà cum duobus aliis qui ipſum portabant, adductus eſt. Horum alter ſtatim negavit. Alter nomine Cronion, qui Eunus cognominabatur, nec non & ſenex ipſe Julianus, cum Chriſtum confeſſi eſſent, per univerſam

A ἀθλίους ἡ στάσις, καὶ ὁ πόλεμος ὁ ἐμφύλιος
τὴν καθ' ἡμῶν ὠμότητα πρὸς ἀλλήλους
τῶν ἔτρεψε. καὶ σμικρὸν μὲν προσανεπνεύ-
σαμεν, ἀσχολίαν τοῦ πρὸς ἡμᾶς θυμοῦ λα-
βόντων· εὐθέως δὲ ἡ τῆς βασιλείας ἐκείνης
εὐμενεστέρας ἡμῖν μεταβολὴ διήγγελται· καὶ
πολὺς ὁ τῆς ἐφ' ἡμᾶς ἀπειλῆς φόβος ἀν-
τείνετο. καὶ δὴ καὶ παρῆν τὸ πρόσταγμα
σχεδὸν ἐκεῖνο οἷον τὸ προρρηθὲν ὑπὸ τοῦ
ρίου ἡμῶν ἀποφαῖνον τὸ φοβερώτατον,
δυνατὸν σκανδαλίσαι καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς
B πλὴν πάντες γε κατεπλήχεσαν. καὶ πολ-
λοὶ μὲν εὐθέως τῶν περιφανεστέρων, οἱ μὲν ἀπ-
των δεδιότες· οἱ δὲ δημοσιεύοντες, ὑπὸ
πράξεων ἤγοντο· οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἀμφ' αὐ-
ἐφείλκοντο. ὀνομαστί τε καλούμενοι, ταῖς
νάγνοις καὶ ἀνιέροις θυσίαις προσῄεσαν·
μὲν ὠχριῶντες καὶ τρέμοντες, ὥσπερ οὐ
τες, ἀλλ' αὐτοὶ θύματα καὶ σφάγια τοῖς
δώλοις ἐσόμενοι· ὡς ὑπὸ πολλοῦ τοῦ
στῶτος δήμου χλεύην αὐτοῖς ἐπιφέρεσθαι
καὶ δήλους μὲν εἶναι πρὸς πάντα δειλ
C ὑπάρχοντας, καὶ πρὸς τὸ τεθνάναι καὶ πρὸς
τὸ θῦσαι. οἱ δέ τινες ἑτοιμότερον τοῖς βωμοῖς
προσέτρεχον, ἰσχυριζόμενοι τῇ θρασύτητι
τὸ μηδὲ πρότερον χριστιανοὶ γεγονέναι.
ὧν ἡ τοῦ Κυρίου πρόρρησις ἀληθεστάτη, ὅτι
σκόλως σωθήσονται. τῶν δὲ λοιπῶν, οἱ
εἵποντο τούτοις ἑκατέροις· οἱ δὲ ἔφευγον·
ἡλίσκοντο. καὶ τούτων οἱ μὲν ἄχρι δεσμῶν
καὶ φυλακῆς χωρήσαντες· καί τινες καὶ
νας ἡμέρας καθειρχθέντες, εἶτα καὶ πρὶν
δικαστήριον εἰσελθεῖν, ἐξωμόσαντο. οἱ δὲ
βασάνοις ἐπὶ ποσὸν ἐγκαρτερήσαντες,
D τὸ ἑξῆς ἀπεῖπον. οἱ δὲ στερροὶ καὶ μακά-
ριοι στῦλοι τοῦ Κυρίου, κρατυνθέντες ὑπ'
αὐτοῦ, καὶ τῆς ἰσχυρᾶς ἐν ἑαυτοῖς πίστεως
ξίαν καὶ ἀνάλογον δύναμιν καὶ καρτερίαν
λαβόντες, θαυμαστοὶ γεγόνασιν αὐτοῦ τῆς
βασιλείας μάρτυρες. ὧν πρῶτος Ἰου-
λιανὸς ἄνθρωπος ποδαγρὸς, μὴ στῆναι
μὴ βαδίσαι δυνάμενος, σὺν ἑτέροις δυσὶ
τοῖς φέρουσιν αὐτὸν, προσήχθη. ὧν ὁ μὲν
τερος, εὐθὺς ἠρνήσατο· ὁ δ' ἕτερος Κρονίων
ὀνόματι ἐπίκλην δὲ Εὔνους, καὶ αὐτὸς ὁ πρε-
σβύτης Ἰουλιανὸς, ὁμολογήσαντες τὸν Κύριον
διὰ πάσης τῆς πόλεως μεγίστης οὔσης ὡς ἴστε

καμήλοις ἐποχούμενοι καὶ μετέωροι μαστιγούμενοι, τέλος ἀσβέστῳ πυρὶ περικεχυμένου τοῦ δήμου παντὸς κατεκάησαν. στρατιώτης τε αὐτοῖς ἀπαγομένοις παραστάς, καὶ τοῖς ἐφυβρίζουσιν ἐναντιωθείς, ἐκβοησάντων ἐκείνων προσαχθεὶς ὁ ἀνδρειότατος ὁπλομάχος τοῦ Θεοῦ Βησᾶς, κἀν τῷ μεγάλῳ πολέμῳ τῷ περὶ τῆς εὐσεβείας ἀριστεύσας, ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν· καί τις ἕτερος τὸ μὲν γένος Λίβυς, τὴν δὲ προσηγορίαν ἅμα καὶ τὴν εὐλογίαν ἀληθὴς Μάκαρ, προτροπῆς αὐτῷ πολλῆς ὑπὸ τοῦ δικαστοῦ πρὸς ἄρνησιν γενομένης. οὐχ ὑπαχθείς, ζῶν καταπέφλεκται. Ἐπίμαχός τε μετ᾽ αὐτοὺς καὶ Ἀλέξανδρος, μετὰ πολὺν ὃν ἔμειναν δεσμῶται χρόνον, μυρίας διενεγκόντες ἀλγηδόνας. ξυστῆρας. μάστιγας. πυρὶ ἀσβέστῳ καὶ οὗτοι διεχύθησαν. καὶ σὺν αὐτοῖς γυναῖκες τέσσαρες. Ἀμμωνάριόν τε ἁγία παρθένος, πάνυ φιλονείκως αὐτὴν ἐπιπλεῖστον τοῦ δικαστοῦ βασανίσαντος, ἅτε προαποφηναμένην ὡς μηδὲν ὧν ἐκεῖνος κελεύοι φθέγξαιτο, ἀληθεύσασα τὴν ἐπαγγελίαν, ἀπήχθη· αἱ δὲ λοιπαί, ἡ σεμνοπρεπεστάτη πρεσβῦτις Μερκουρία. καὶ πολύπαις μέν, οὐχ ὑπὲρ τὸν Κύριον δὲ ἀγαπήσασα ἑαυτῆς τὰ τέκνα Διονυσία, καταιδεσθέντος εἰς ἀνήνυτον ἔτι βασανίζειν, καὶ ὑπὸ γυναικῶν ἡττᾶσθαι τοῦ ἡγεμόνος, σιδήρῳ τεθνᾶσι, μηκέτι βασάνων πεῖραν λαβοῦσαι. τὰς γὰρ ὑπὲρ πασῶν, ὁ πρόμαχος Ἀμμωνάριον ἀνεδέδεκτο βασάνους. Ἥρων δὲ καὶ Ἀτὴρ καὶ Ἰσίδωρος Αἰγύπτιοι. καὶ σὺν αὐτοῖς παιδάριον ὡς πεντεκαιδεκαέτης ὁ Διόσκορος, παρεδόθησαν· καὶ πρῶτον τὸ μειράκιον λόγοις τε ἀπατᾶν ὡς εὐπαράγωγον, καὶ βασάνοις καταναγκάζειν ὡς εὐένδοτον πειρωμένου, οὔτε ἐπείσθη οὔτε εἶξεν ὁ Διόσκορος. τοὺς δὲ λοιποὺς ἀγριώτατα καταξήνας, ἐγκαρτερήσαντας, πυρὶ καὶ τούτους παραδέδωκε· τὸν δὲ Διόσκορον ἐλλαμπρυνάμενόν τε δημοσίᾳ, καὶ σοφώτατα πρὸς τὰς ἰδίας πεύσεις ἀποκρινάμενον θαυμάσας, παρῆκεν. ὑπέρθεσιν φήσας εἰς μετάνοιαν αὐτῷ διὰ τὴν ἡλικίαν ἐπιμετρεῖν. καὶ νῦν ὁ θεοπρεπέστατος σὺν ἡμῖν ἐστι Διόσκορος, εἰς μακρό-

A urbem, quæ quidem, ut noſtis, maxima
eſt, camelis inſidentes, flagris ſublimes
verberati, tandem ardentiſſimo igne
circumfuſa totius populi multitudine
conſumpti ſunt. Miles verò qui ipſis
dum ad ſupplicium ducerentur adſta-
bat, & contumeliam inferentes propu-
lerat, Beſas nomine; conclamante ad-
verſus eum populo in jus adductus eſt.
Ubi fortiſſimus Dei pugnator, cum in
magno illo pro pietate certamine ſtre-
nuè ſe geſſiſſet, ſecuri percuſſus eſt. A-
lius item oriundus ex Libya, & vocabu-
lo & divina benedictione verè Macar,
cum à judice omnibus modis ſollicita-
B tus ut Chriſtum negaret, flecti num-
quam potuiſſet, vivus comburitur. Poſt
hos Epimachus & Alexander, cum poſt
diuturnum carceris horrorem in quo
vincti permanſerant, ferreos ungues,
flagra ac mille dolorum genera pertu-
liſſent, vivæ calcis incendio etiam ipſi
colliquefacti perierunt. Eumdem cum
ipſis exitum ſortitæ ſunt quatuor mulie-
res. Ammonarium quidem virgo ſan-
ctiſſima, cùm à judice diutiſſimè torta
fuiſſet ingenti cum pertinacia propter-
ea quod palam prædixerat, nihil eo-
rum quæ judex juſſerat prolaturam ſe
eſſe: pollicitationem ſuam executioni
C mandans, ad ſupplicium abducta eſt.
Reſiduæ verò, Mercuria ſcilicet anus
inprimis veneranda: & Dionyſia, plu-
rimorum quidem liberorum mater, ſed
quæ pignora ſua minori quàm Domi-
num caritate complexa eſt: & alia rur-
ſus Ammonarium: cum Præfectum
jam puderet eas ulterius incaſſum tor-
quere, & à feminis ſuperari: gladio
cæſæ ſunt, nullis prius tormentis ſub-
ditæ. Etenim earum princeps & ante-
ſignana Ammonarium, pro omnibus
tormenta pertulerat. Heron etiam &
D Ater & Iſidorus Ægyptii, cumque
illis Dioſcorus puer annos circiter
quindecim natus, judici oblati ſunt.
Et cum judex primum ante alios ado-
leſcentem Dioſcorum, partim ſermo-
nibus ut flexibilem decipere, par-
tim tormentis ut mollem ac tenerum
cogere tentaviſſet: ille nec perſuaſioni-
bus ceſſit nec tormentis. Reliqui cru-
deliſſimè verberati, cùm cruciatus for-
titer ſuſtinuiſſent, igni etiam ipſi ſunt
traditi. Dioſcorum verò qui in omnium
conſpectu inclaruerat, & qui ad o-
mnia interrogata ſapientiſſimè re-
ſponderat, admiratus judex dimiſit, ſpatium ſe illi ad pœnitentiam concedere affirmans ob
ætatis infirmitatem. Et nunc nobiſcum verſatur divinus Dioſcorus, in majus ac diu-

turnius certamen reſervatus. Sed & Nemeſion quidam, etiã ipſe ægyptius, primum quidem falsò accuſatus fuerat tamquam ſocius & contubernalis latronum. Poſteà verò cùm apud Centurionem hanc calumniam à ſe utique alieniſſimam depuliſſet, delatus quod Chriſtianus eſſet, ad Præfectum vinctus adducitur. At ille iniquiſſimus judex, poſtquam eum duplo gravioribus quam reliquos latrones tormentis ac verberibus affeciſſet, inter latrones juſſit incendi. Et ſic vir beatiſſimus ſimilitudine Chriſti honoratus eſt. Porrò univerſus ſimul militum manipulus Ammon ſcilicet Zeno, Ptolemæus & Ingenuus, cumque illis ſenex Theophilus ante prætorium ſtabant. Et cum quidam ob Chriſtianam religionem in judicium inductus, jam jamque negaturus Chriſtum videretur, illi adſtantes dentibus ſtridere, vultu innuere, manus extendere, ac totius ſimul corporis motus geſtuſque edere cœperunt. Cumque omnium in ſe oculos convertiſſent, priuſquam ab aliquo comprehenderentur, ipſi ad ſubſellium accurrentes, Chriſtianos ſe eſſe profeſſi ſunt. Quo facto Præfectus & aſſeſſores qui in conſilio aderant, metu perterriti ſunt. Acrei quidem ipſi ad ea quæ perpeſſuri erant promptiſſimi & confidentiſſimi cernebantur: Judices autem ipſi contremiſcebant. Iſti igitur ex prætorio ovantes proceſſerunt: exſultantes ob fidei confeſſionem, cum Deus per ipſos glorioſè triumpharet.

τερον τὸν ἀγῶνα καὶ διαρκέστερον μείνας τὸ[ν ...]λον. Νεμεσίων δέ τις κἀκεῖνος Αἰγύπ[τιος] ἐσυκοφαντήθη μὲν, ὡς δὴ συνοικὸς λῃσ[ταῖς·] ἀποδυσάμενος δὲ ταύτην παρὰ τῷ ἑκα[τον]τάρχῳ τὴν ἀλλοτριωτάτην καὶ αὐτοῦ δια[βο]λὴν, καταμηνυθεὶς ὡς Χριστιανὸς, ἧκε δέσμ[ιος] ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα. ὁ δὲ ἀδικώτατος [δι]πλαῖς αὐτὸν ἢ τοὺς λῃστὰς ταῖς τε βασάν[οις καὶ] ταῖς μάστιξι λυμηνάμενος, μεταξὺ τῶν λῃ[σ]τῶν κατέφλεξε. τιμηθέντα τὸν μακάριον [τῷ] τοῦ Χριστοῦ παραδείγματι. ἀθρόον δέ τι σύνταγμα στρατιωτικὸν, Ἄμμων καὶ Ζήνων καὶ Πτο[λε]μαῖος καὶ Ἰγγένης. καὶ σὺν αὐτοῖς πρεσβ[ύτης] Θεόφιλος, εἱστήκεισαν πρὸ τοῦ δικαστηρί[ου. κρι]νομένου δή τινος ὡς Χριστιανοῦ καὶ πρὸς ἄρ[νησιν] ἤδη ῥέποντος, ἔτριζόν τε οὗτοι παρεστηκότες, [καὶ] τοῖς τε προσώποις ἐνένευον, καὶ τὰς χεῖ[ρας] ἀνέτεινον, καὶ συνεσχημάτιζοντο τοῖς σώμα[σ]ιν. ἐπιστροφῆς δὲ πάντων πρὸς αὐτοὺς [γενο]μένης, πρίν τινας αὐτῶν ἄλλως λαβέσθαι, φθά[σ]αντες ἐπὶ τὸ βάθρον ἀνέδραμον, εἶναι Χρι[σ]τιανοὶ λέγοντες· ὡς τόν τε ἡγεμόνα καὶ τοὺς συνέ[δ]ρους ἐμφόβους γενέσθαι. καὶ τοὺς μὲν κρινομέ[νους] εὐθαρσεστάτους ἐφ᾽ οἷς πείσονται φαίνε[σθαι,] τοὺς δὲ δικάζοντας ἀποδειλιᾶν. καὶ οὗτοι μ[ὲν] ἐκ δικαστηρίων ἐνεπόμπευσαν καὶ ἠγαλλ[ιά]σαντο τῇ μαρτυρίᾳ, θριαμβεύοντος αὐτοὺς [ἐν]δόξως τοῦ Θεοῦ.

## Caput XLII.

*De aliis à Dionyſio commemoratis.*

Vide Niceph. l. 5. c. 31.

SEd & alii complures per oppida & vicos à Gentilibus diſcerpti ſunt: ex quibus unum exempli gratiâ commemorabo. Iſchyrion mercede conductus procurator erat cujuſdam magiſtratum gerentis. Hic ab eo cujus rem procurabat, juſſus idolis immolare, cùm minimè obtemperaret, primùm injuria affectus eſt. Poſtea cùm in eadem ſententia perſtaret, variis ab eodem vexatus eſt contumeliis. Quæ omnia cùm patienter ſuſtineret, ille prægrandi ſude correptâ transfixum per media viſcera hominem interfecit. Jam quid opus eſt commemorare multitudinem eorum, qui in montibus ac per ſolitudinem oberrantes, fame & ſiti, frigore ac morbis, & latron[ibus] aut beſtiarum incurſu oppreſſi interiere? Ex quibus hi qui ſuper fuerunt incolumes, ...

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ΄.

Περὶ ὧν ἄλλων ὁ Διονύσιος ἱστορεῖ.

ἌΛλοι δὲ πλεῖστοι κατὰ πόλεις καὶ κώμ[ας] ὑπὸ τῶν ἐθνῶν διεσπαράχθησαν· ὧν [ἑνὸς] παραδείγματος ἕνεκεν ἐπιμνησθήσομαι. Ἰ[σχυ]ρίων ἐπετρόπευε τινὶ τῶν ἀρχόντων ἐπὶ μισ[θῷ.] τοῦτον ὁ μισθοδότης ἐκέλευε θῦσαι· μὴ π[ει]θόμενον, ὕβριζεν· ἐμμένοντα περιεπηλά[κι]ζεν· ὑφισταμένου, βακτηρίαν μεγίστην λαβ[ὼν] διὰ τῶν ἐντέρων καὶ τῶν σπλάγχνων διώσ[ας] ἀπέκτεινε. τί δεῖ λέγειν τὸ πλῆθος τῶν ἐν ἐ[ρη]μίαις καὶ ὄρεσι πλανηθέντων, ὑπὸ λιμοῦ [καὶ] δίψης καὶ κρύους, καὶ νόσων καὶ λῃστῶν καὶ θη[ρίων] διεφθαρμένων· ὧν οἱ περιγενόμενοι, τ[...]

τῶν εἰσὶν ἐκλογῆς καὶ νίκης μάρτυρες. ἓν δὲ ἐκ τούτων εἰς δήλωσιν ἔργον παραθήσομαι. Χαιρήμων ἦν ὑπέργηρως τῆς Νείλου καλουμένης ἐπίσκοπος πόλεως. οὗτος εἰς τὸ Ἀράβιον ὄρος ἅμα τῇ συμβίῳ ἑαυτοῦ φυγὼν, οὐκ ἐπανελήλυθεν, οὐδὲ ἠδυνήθησαν ἰδεῖν οὐκέτι, καίτοι πολλὰ διερευνησάμενοι οἱ ἀδελφοί. οὔτε αὐτοὺς, οὔτε τὰ σώματα εὗρον. πολλοὶ δὲ οἱ κατ' αὐτὸ τὸ Ἀραβικὸν ὄρος ἐξανδραποδισθέντες ὑπὸ βαρβάρων Σαρακηνῶν. οἱ μὲν μόλις ἐπὶ πολλοῖς χρήμασιν ἐλυτρώθησαν. οἱ δὲ μέχρι νῦν οὐδέπω. καὶ ταῦτα διεξῆλθον οὐ μάτην ἀδελφὲ, ἀλλ' ἵνα εἰδῇς. ὅσα καὶ ἡλίκα δεινὰ παρ' ἡμῖν συνέβη· ὧν οἱ μᾶλλον πεπειραμένοι, πλείονα ἂν εἰδεῖεν. εἶτα τούτοις ἐπιφέρει μετὰ βραχέα λέγων. αὐτοὶ τοίνυν οἱ θεῖοι μάρτυρες παρ' ἡμῖν, οἱ νῦν τοῦ Χριστοῦ πάρεδροι καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κοινωνοί. καὶ μέτοχοι τῆς κρίσεως αὐτοῦ, καὶ συνδικάζοντες αὐτῷ. τῶν παραπεπτωκότων ἀδελφῶν τινὰς ὑπευθύνους τοῖς τῶν θυσιῶν ἐγκλήμασι γενομένους, προσελάβοντο. καὶ τὴν ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν αὐτῶν ἰδόντες, δεκτήν τε γενέσθαι δυναμένην τῷ μὴ βουλομένῳ καθόλου τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὴν μετάνοιαν, δοκιμάσαντες, εἰσεδέξαντο καὶ συνήγαγον καὶ συνέστησαν· καὶ προσευχῶν αὐτοῖς καὶ ἑστιάσεων ἐκοινώνησαν. τί οὖν ἡμῖν ἀδελφοὶ περὶ τούτων συμβουλεύετε; τί ἡμῖν πρακτέον; σύμψηφοι καὶ ὁμογνώμονες αὐτοῖς καταστῶμεν. καὶ τὴν κρίσιν αὐτῶν καὶ τὴν χάριν φυλάξωμεν. καὶ τοῖς ἐλεηθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν χρηστευσώμεθα, ἢ τὴν κρίσιν αὐτῶν ἄδικον ποιησώμεθα. καὶ δοκιμαστὰς αὐτοὺς τῆς ἐκείνων γνώμης ἐπιστήσωμεν. καὶ τὴν χρηστότητα λυπήσωμεν, καὶ τὴν τάξιν ἀνασκευάσωμεν. ταῦτα δὲ εἰκότως ὁ Διονύσιος παρατέθειται, τὸν περὶ τῶν ἐξησθενηκότων κατὰ τὸν τοῦ διωγμοῦ καιρὸν ἀνακινῶν λόγον.

A ſunt electionis illorum atque victoriæ. Unicum duntaxat facinus ad declarandam rei veritatem hic adjiciam. Cheremon erat quidam grandævus, Nili urbis epiſcopus. Hic unà cum conjuge in Arabicum montem fuga delatus, non ulterius reverſus eſt. Et fratres quamvis accuratè omnia perſcrutati, nec ipſos poſthac, nec ipſorum cadavera reperire potuerunt. Porrò multi in Arabico illo monte à Barbaris Saracenis capti, & in ſervitutem redacti ſunt. Ex quibus alii ſoluto ingenti pretio vix tandem redempti: alii nondum hactenus redimi potuerunt. Atque hæc non fruſtra frater cariſſime, à me commemo- B rata ſunt: ſed ut ſcias, quæ & quam gravia nobis mala contigerint. Quæ profectò melius intelligunt ii, qui magis experti ſunt. Et paucis interpoſitis hæc ſubjungit: Ceterùm, inquit, hi divini Martyres qui nunc aſſeſſores ſunt Chriſti: & regni illius conſortes, ac judicii participes unà cum ipſo judicaturi: dum hic apud nos eſſent, quoſdam è fratribus lapſos, & idolis ſacrificaſſe convictos, ſuſceperunt: & converſionem illorum ac pœnitentiam cernentes, cum judicaſſent eam placere poſſe illi qui peccatoris pœnitentiam mavult C quàm mortem, eos admiſerunt & collegerunt, atque in cœtum ſuum receperunt; & in orationibus ac cibo cum iiſdem communicarunt. Quid ergo nobis fratres, de his ſuadetis? Quid nos agere debemus? utrum ſententiæ martyrum accedemus, & rem ab illis judicatam ſeu potius gratiam conceſſam tuebimur: & cum iis quos illi miſeratione proſecuti ſunt benignè agemus? An contrà judicium illorum irritum faciemus, noſque ipſi ſententiæ illorum diſcuſſores ac judices conſtituemus; clementiam dolore afficiemus: ordi- D nem conſtitutum evertemus: Dei ipſius indignationem provocabimus? Atque hæc Dionyſius conſultò videtur adjeciſſe, loquens de iis qui perſecutionis tempore præ infirmitate animi lapſi fuerant.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

Περὶ Νοουάτου, οἷός τις ἦν τὸν τρόπον, καὶ περὶ τῆς κατ' αὐτὸν αἱρέσεως.

Ἐπειδὴ περὶ τῆς κατὰ τούτων ἀρθεὶς ὑπερηφανία Νοουάτος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας πρεσβύτερος, ὡς μηκέτ' οὔσης αὐτοῖς σωτη-

## Caput XLIII.

*De Novato, cujuſmodi moribus fuerit, & de ejus hæreſi.*

Etenim Novatus eccleſiæ Romanę Presbyter, arrogantia adverſus eos elatus; quaſi nulla ſpes ſalutis ipſis poſthac ſupereſſet, tametſi omnia explerent Huc refer Niceph. l. 6. c. 3.

quæ ad ſinceram converſionem puramque confeſſionem pertinent, propriæ cujuſdam ſectæ eorum qui tumore mentis elati ſeipſos Catharos cognominarunt, auctor exſtitit. Ob quam rem cum Romæ congregata eſſet Synodus, in qua ſexaginta quidem Epiſcopi: Preſbyteri verò ac Diaconi multo plures convenerunt: Cumque in provinciis Antiſtites quid agendum eſſet ſeorſum conſultaſſent, hujuſmodi decretum cunctis promulgatum eſt: Novatum quidem & eos qui unà cum ipſo ſeſe inſolentius extulerant, & quicumque inhumaniſſimæ & à fraterna caritate alienæ ejus opinioni conſentire præſumpſerant, alienos ab Eccleſia habendos eſſe; fratres verò qui in calamitatem inciderant, pœnitentiæ remedium curandos eſſe & confovendos. Exſtant adhuc epiſtolæ Cornelii Romanorum Epiſcopi ad Fabium Antiochenſis Eccleſiæ Præſulem miſſæ: in quibus & Romanæ Synodi geſta, & omnium per Italiam & Africam aliaſque locorum illorum provincias ſententiæ declarantur. Aliæ præterea Latino ſermone conſcriptæ exſtant epiſtolæ Cypriani & aliorum Antiſtitum qui cum ipſo in Africa congregati ſunt. Ex quibus colligitur, ipſis etiam placuiſſe ut ſubveniretur iis qui in tentationem inciderant; utque auctor nefariæ opinionis ſimul cum iis qui ad partes ipſius deſciverant, ab Eccleſiæ Catholicæ conſortio meritò abdicaretur. His adjuncta erat alia ejuſdem Cornelii epiſtola, de his quæ in Synodo decreta fuerant: & rurſus alia de facinoribus Novati; ex qua nihil obſtat quominus hic aliqua inſeramus, ut hiſtoriæ noſtræ lectores, ea quæ ad Novatum pertinent perſpicuè cognoſcant. Igitur Cornelius Fabium docens cujuſmodi ingenio ac moribus fuiſſet Novatus, ita ſcribit: Atque ut ſcias qualiter admirandus ille vir epiſcopalis loci cupiditate jampridem incenſus, & præcipitem illam ambitionem ſuam tegens, diu omnes latuerit; dum confeſſores quos ſtatim ab initio ſibi ſociaverat, velamentum veſaniæ obtendit, deinceps tibi ediſſeram. Maximus eccleſiæ noſtræ Preſbyter, & Urbanus: ambo ex fidei confeſſione egregiam jam ſecundò laudem adepti; Sidonius etiam & Celerinus, vir qui cuncta tormentorum genera per Dei miſericor-

A ρίας ἐλπίδος, μὴ δ' εἰ πάντα τὰ εἰς ἐπιστρο-
γνησίαν καὶ καθαρὰν ἐξομολόγησιν ἐπιτελ-
ἰδίας αἱρέσεως τῶν κατὰ λογισμοῦ φυσίωσιν κ-
θαροὺς ἑαυτοὺς ἀποφηνάντων, ἀρχηγὸς κα-
σταται. ἐφ' ᾧ συνόδου μεγίστης ἐπὶ Ῥώμης σ-
κροτηθείσης, ἑξήκοντα μὲν τὸν ἀριθμὸν Ἐπισ-
πων. πλειόνων δ' ἔτι μᾶλλον πρεσβυτέρων τ-
διακόνων, ἰδίως τε κατὰ τὰς λοιπὰς ἐπαρχ-
τῶν κατὰ χώραν ποιμένων περὶ τοῦ πρακτέου δ-
σκεψαμένων. δόγμα παρίσταται τοῖς πᾶσι-
μὲν Νουάτον ἅμα τοῖς αὐτῷ συνεπαρθεῖσ-
τε συνευδοκεῖν τῇ μισαδέλφῳ καὶ ἀπανθρω-
B πωτάτῃ γνώμῃ τἀνδρὸς προαιρουμένους, ἐν ἀλ-
λοτρίοις τῆς ἐκκλησίας ἡγεῖσθαι. τοὺς δὲ τῇ συμ-
φορᾷ περιπεπτωκότας τῶν ἀδελφῶν, ἰᾶσθαι καὶ
θεραπεύειν τοῖς τῆς μετανοίας φαρμάκοις. ἦλ-
θον δ' οὖν εἰς ἡμᾶς ἐπιστολαὶ Κορνηλίου Ῥωμαί-
Ἐπισκόπου πρὸς τὸν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησ-
Φάβιον, δηλοῦσαι τὰ περὶ τῆς Ῥωμαίων Συν-
όδου, καὶ τὰ δόξαντα πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλ-
καὶ Ἀφρικὴν καὶ τὰς αὐτόθι χώρας. καὶ ἄλλαι π-
λιν Ῥωμαϊκῇ φωνῇ συντεταγμέναι, Κυπρια-
καὶ τῶν ἅμ' αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀφρικὴν Ἐπισκό-
πων. δι' ὧν τὸ καὶ αὐτοὺς συνευδοκεῖν τῷ δεῖν τυγ-
C χάνειν ἐπικουρίας τοὺς πεπειρασμένους ἐνεφα-
νετο. καὶ τῷ χρῆναι εὐλόγως τῆς καθολικῆς ἐκ-
κλησίας ἐκκήρυκτον ποιήσασθαι τὸν τῆς αἱρέ-
σεως ἀρχηγὸν, πάντας τε ὁμοίως τοὺς συν-
απαγομένους αὐτῷ. ταύταις ἄλλη τις ἐπισ-
συνῆπτο τοῦ Κορνηλίου, περὶ τῶν κατὰ τὴν Συν-
οδον ἀρεσάντων. καὶ πάλιν ἑτέρα, περὶ τῶν
τὰ Νουάτον πραχθέντων· ἀφ' ἧς καὶ μ-
παραθέσθαι οὐδὲν ἂν κωλύοι, ὅπως εἰδεῖεν
κατ' αὐτὸν οἱ τῇδε ἐντυγχάνοντες τῇ γρα-
D τὸν δὴ οὖν Φάβιον ἀναδιδάσκων ὁποῖός τ-
Νουάτος ἐγεγόνει τὸν τρόπον, αὐτὰ δὴ ταῦ-
γράφει ὁ Κορνήλιος. ἵνα δὲ γνῷς ὅτι πάλ-
λαι ὀρεγόμενος τῆς Ἐπισκοπῆς ὁ θαυμά-
σιος οὗτος, καὶ κρύπτων ἐν ἑαυτῷ τὴν προπετ-
ταύτην αὐτοῦ ἐπιθυμίαν ἐλάνθανεν, ἐπι-
λύμματι τῆς αὐτοῦ ἀπονοίας τῷ κατ' ἀρχὰς
αὐτῷ τοὺς ὁμολογητὰς ἐσχηκέναι χρώμε-
εἰπεῖν βούλομαι. Μάξιμος πρεσβύτερος τ-
παρ' ἡμῖν καὶ Οὐρβανὸς, δὶς τὴν ἐξ ὁμολο-
γίας δόξαν ἀρίστην καρπωσάμενοι. Σιδώ-
τε καὶ Κελερῖνος, ἀνὴρ ὃς πάσας βασά-
διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ ἔλεον καρτερικώτατα ὑπο-

νείας. καὶ τῇ Ῥώμῃ τῆς αὐτοῦ πίστεως, τὸ ἀσθενὲς τῆς σαρκὸς ἐπιρρώσας, κατὰ κράτος νενίκηκε τὸν ἀντικείμενον· οὗτοι δὴ οὖν οἱ ἄνδρες κατανοήσαντες αὐτὸν, καὶ καταφωράσαντες τὴν ἐν αὐτῷ πανουργίαν τε καὶ παλιμβολίαν, τάς τε ἐπιορκίας καὶ ψευδολογίας, καὶ τὴν ἀκοινωνησίαν αὐτοῦ καὶ λυκοφιλίαν. ἐπανῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν, καὶ ἅπαντα αὐτοῦ τὰ τεχνάσματα καὶ πονηρεύματα ἃ ἐκ πολλοῦ ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὑπεστέλλετο, παρόντων ἱκανῶν τοῦτο μὲν Ἐπισκόπων. τοῦτο δὲ πρεσβυτέρων καὶ λαϊκῶν ἀνδρῶν παμπόλλων, ἐξήγγειλαν ἀποδυρόμενοι καὶ μεταγινώσκοντες ἐφ' οἷς πεισθέντες τῷ δολερῷ καὶ κακοήθει θηρίῳ, πρὸς ὀλίγον χρόνον τῆς ἐκκλησίας ἀπελείφθησαν. εἶτα μετὰ βραχέα φησίν. ἀμήχανον ὅσην ἀδελφὲ ἀγαπητὲ, τροπὴν καὶ μεταβολὴν ἐν βραχεῖ καιρῷ ἐθεασάμεθα ἐπ' αὐτοῦ γεγενημένην. ὁ γάρ τοι λαμπρότατος, καὶ δι' ὅρκων φοβερῶν τινῶν πιστούμενος τὸ μὴ δ' ὅλως Ἐπισκοπῆς ὀρέγεσθαι. αἰφνίδιον ἐπίσκοπος ὥσπερ ἐκ μαγγάνου τινὸς εἰς τὸ μέσον ῥιφεὶς ἀναφαίνεται. οὗτος γάρ τοι ὁ δογματιστὴς, ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης ὑπερασπιστὴς, ὁπηνίκα παρασπᾶσθαί τε καὶ ὑφαρπάζειν τὴν μὴ δοθεῖσαν αὐτῷ ἄνωθεν Ἐπισκοπὴν ἐπεχείρει, δύο ἑαυτῷ κοινωνοὺς ἀπεγνωκότας τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἐπελέξατο. ὡς ἂν εἰς βραχύ τι μέρος, καὶ ἐλάχιστον τῆς Ἰταλίας ἀποστείλῃ. κἀκεῖθεν Ἐπισκόπους τρεῖς, ἀνθρώπους ἀγροίκους καὶ ἁπλουστάτους, πλαστῇ τινι ἐπιχειρήσει ἐξαπατήσῃ. διαβεβαιούμενος καὶ διισχυριζόμενος δεῖν αὐτοὺς ἐν τάχει παραγενέσθαι εἰς Ῥώμην, ὡς δῆθεν πᾶσα ἥτις δή ποτε οὖν διχοστασία γεγονυῖα, σὺν καὶ ἑτέροις Ἐπισκόποις καὶ αὐτῶν μεσιτευόντων, διαλυθῇ. οὓς παραγενομένους ἅτε δὴ (ὡς ἔφθημεν λέγοντες) ἀνθρώπους ἁπλουστέρους πρὸς τὰς τῶν πονηρῶν μηχανάς τε καὶ ῥᾳδιουργίαν, συγκλεισθέντας ὑπό τινων ὁμοίων αὐτῷ τεταγμένων ἀνθρώπων, ὥρᾳ δεκάτῃ μεθύοντας καὶ κραιπαλῶντας, μετὰ βίας ἠνάγκασεν εἰκονικῇ τινὶ καὶ ματαίᾳ χειρεπιθεσίᾳ Ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι. ἣν ἐνέδρᾳ καὶ πανουργίᾳ, μὴ ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ ἐκδικεῖ. ἐξ ὧν εἷς μετ' οὐ πολὺ ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἀποδυρόμενος καὶ ἐξομολογούμενος τὸ ἑαυτοῦ ἁμάρτημα· ᾧ καὶ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ, ὑπὲρ αὐτοῦ

A diam fortiſſimè ſuſtinuit, & qui fidei ſuæ conſtantiâ infirmitatem corporis ſui roborans, adverſarium penitus debellavit: Hi omnes cum illum tandem cognoviſſent, & fraudem ejus ac verſutiam, perjuria quoque atque mendacia, & abhorrentem ab omni ſocietate feritatem, & lupinam quamdam in eo amicitiam deprehendiſſent, ad ſanctam Eccleſiam reverſi ſunt: cunctaſque illius præſtigias, ac nequitiam quam jam pridem intra ſe occultans, ſeſe interim ſubmittebat, præſentibus aliquot Epiſcopis ac Presbyte-
B ris & Laïcis compluribus evulgarunt: ingemiſcentes ac dolentes, quòd à fraudulenta illa malignaque beſtia inducti, aliquanto temporis ſpatio ab Eccleſia receſſiſſent. Et paulò poſt addit: Mirabilem quamdam frater cariſſime converſionem in eo mutationemque brevi temporis articulo factam conſpeximus. Nam egregius ille vir, qui tremendis quibuſdam Sacramentis affirmaverat ſe Epiſcopatum non concupiſcere: repentè tanquam ex machina quadam in medium projectus, Epiſcopus apparuit. Et is qui
C ſe Doctorem & Eccleſiaſticæ diſciplinæ propugnatorem ferebat, cum epiſcopatum ſibi à Deo minime conceſſum rapere ac vindicare conaretur, duos deploratæ ſalutis homines ſibi ſocios adjunxit: ut eos in exiguam ac viliſſimam Italiæ partem mitteret, atque illinc accitos tres Epiſcopos, homines planè rudes ac ſimplices, fraudulenta quadam molitione deciperet; conſtantiſſimè affirmans ipſos quamprimum Romam proficiſci oportere, ut omnis undecumque orta diſcordia, ipſorum unà cum aliis Epiſcopis interventu atque arbitrio ſedaretur. Qui cùm adveniſſent, homines, ut jam
D diximus, ſimplicioris ingenii, nec in his perditorum hominum artibus ac fallaciis ſatis triti: eos ille à quibuſdam ſui ſimillimis quos ad id comparaverat, incluſos hora decima, temulentos & crapula oppreſſos, adumbrata quadam & inani manuum impoſitione epiſcopatum ſibi tradere per vim cogit: eumque nullo ſibi jure competentem per fraudem atque inſidias vindicat. Nec multò poſt unus ex illis epiſcopis ad Eccleſiam rediit, delictum ſuum cum lamentis ac fletibus confitens. Quem nos, cùm univerſus populus pro illo interceſſiſſet, ad com-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

munionem Laïcam ſuſcepimus. Reliquis etiam duobus Epiſcopis ſucceſſores ordinavimus, eoſque in loca illorum direximus. Ergo ille Evangelii vindex, ignorabat unum Epiſcopum eſſe oportere in Eccleſia Catholica. In qua tamen ſciebat (quomodo enim illud neſcire potuiſſet) Preſbyteros quidem eſſe quatuor & quadraginta; ſeptem autem Diaconos totidemque Subdiaconos: Acoluthos duos & quadraginta: Exorciſtas & Lectores cum Oſtiariis quinquaginta duos: Viduas denique cum infirmis & egentibus pluſquam mille & quingentas. Quibus univerſis gratia & benignitas Dei alimenta ſuppeditat. Et tamen tanta tamque neceſſaria in eccleſia multitudo: cœtus ille divinæ Providentiæ copiis opulentus & numeroſus, cum immenſo ac penè innumerabili populo, ab hujuſmodi deſperatione & audacia illum deterrere & ad eccleſiam revocare non potuit. Paucis deinde interjectis hæc addit: Agedum, inquit, exponamus deinceps, quibus operibus & cujuſmodi converſatione confiſus, ad epiſcopalem locum aſpiraverit. An ideo fortaſſe quod ab initio in eccleſia verſatus eſt, & multa pro ejus defenſione certamina ſubivit, multiſq; & graviſſimis periculis religionis causâ conflictatus eſt? Minimè id quidem. Quippe cui cauſam atque initium credendi præbuit Satanas in ipſum ingreſſus, atque in ipſo aliquandiu commoratus. Cumque ab exorciſtis foveretur, in morbum graviſſimum collapſus; dum jamjamque moriturus creditur, in ipſo in quo jacebat lectulo perfuſus, baptiſmum ſuſcepit; Si tamen hujuſcemodi baptiſmum ſuſcepiſſe dicendus eſt. Sed neque poſtquam liberatus eſt morbo, reliqua percepit quæ juxta eccleſiaſticam regulam percipi debent: neque ab Epiſcopo conſignatus eſt. Hoc autem ſignaculo minimè percepto, quo tandem modo Spiritum ſanctum potuit accipere? Et aliquantò poſt: Qui perſecutionis, inquit, tempore præ metu ac nimia vivendi cupiditate Preſbyterum ſe eſſe negavit. Admonitus enim & rogatus à Diaconis, ut ex cubiculo in quo ſeipſum incluſerat, egreſſus, fratribus auxilio indigentibus ſuccurreret, tantum abſuit, ut hortantibus Diaconis morem gereret. Quin potius ira & indignatione percitus, abiit ac diſceſſit. Neque enim Preſbyterum ſe amplius velle eſſe reſpondit,

A δεηθέντος παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ. καὶ τῶν λοιπῶν δὲ Ἐπισκόπων διαδόχους εἰς τοὺς τόπους ἐν οἷς ἦσαν χειροτονήσαντες, ἀπεστάλκαμεν. ἐκδικητὴς οὖν τοῦ Εὐαγγελίου, οὐκ ἠπίστατο ἕνα Ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· ἐν ᾗ οὐκ ἠγνόει. πῶς γάρ; πρεσβυτέρους εἶναι τεσσαράκοντα ἕξ. διακόνους ἑπτά. ὑποδιακόνους ἑπτά, ἀκολούθους δύο καὶ τεσσαράκοντα. ἐξορκιστὰς δὲ καὶ ἀναγνώστας ἅμα πυλωροῖς δύο καὶ πεντήκοντα. χήρας σὺν θλιβομένοις, ὑπὲρ τὰς χιλίας πεντακοσίας· οὓς πάντας ἡ τοῦ

B δεσπότου χάρις καὶ φιλανθρωπία διατρέφει. ὃν οὐδὲ τοσοῦτο πλῆθος καὶ οὕτως ἀναγκαῖον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας πλούσιός τε καὶ πληθύων ἀριθμὸς μετὰ μεγίστου καὶ ἀναριθμήτου λαοῦ, ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἀπογνώσεώς τε καὶ ἀπαγορεύσεως ἐνέτρεψεν καὶ ἀνεκαλέσατο εἰς τὴν ἐκκλησίαν. καὶ αὖθις μεθ' ἕτερα τούτοις προστίθησι ταῦτα. φέρε δὴ ἑξῆς εἴπωμεν, τίσιν ἔργοις ἢ τίσι πολιτείαις τεθαῤῥηκώς, ἀντεποιήθη τῆς Ἐπισκοπῆς· ἆρά γε διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναστράφθαι, καὶ πολλοὺς ἀγῶνας ὑπὲρ αὐτῆς ἀ-

C γωνίσασθαι, καὶ ἐν κινδύνοις πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις ἕνεκα τῆς θεοσεβείας γεγονέναι; ἀλλ' οὐκ ἔστιν. ᾧ γε ἀφορμὴ τοῦ πιστεῦσαι γέγονεν ὁ Σατανᾶς, φοιτήσας εἰς αὐτὸν καὶ οἰκήσας ἐν αὐτῷ χρόνον ἱκανόν. ὃς βοηθούμενος ὑπὸ τῶν ἐπορκιστῶν, νόσῳ περιπεσὼν χαλεπῇ, καὶ ἀποθανεῖσθαι ὅσον οὐδέπω νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ᾗ ἔκειτο, περιχυθεὶς ἔλαβεν. εἴ γε χρὴ λέγειν τὸν τοιοῦτον εἰληφέναι. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε, διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα. τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ Ἐπι-

D σκόπου. τούτου δὲ μὴ τυχών, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔτυχε; καὶ πάλιν μετὰ βραχέα φησίν. ὁ διὰ δειλίαν καὶ φιλοζωΐαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς διώξεως πρεσβύτερον εἶναι ἑαυτὸν ἀρνησάμενος. ἀξιούμενος γὰρ καὶ παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν διακόνων, ἵν' ἐξελθὼν τοῦ οἰκίσκου ἐν ᾧ καθεῖρξεν ἑαυτόν, βοηθήσῃ τοῖς ἀδελφοῖς ὅσα θέμις καὶ ὅσα δυνατὸν πρεσβυτέρῳ κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ ἐπικουρίας δεομένοις βοηθεῖν. τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πειθαρχῆσαι παρακαλοῦσι τοῖς διακόνοις, ὡς καὶ χαλεπαίνοντα ἀπιέναι καὶ ἀπαλλάττεσθαι

μὴ γὰρ ἐπιβούλεσθαι πρεσβύτερος εἶναι ἔφη. ἑτέρας γὰρ εἶναι φιλοσοφίας ἐραστής. ὑπερβὰς δ' ὀλίγα, τούτοις πάλιν ἐπιφέρει λέγων. καταλιπὼν γὰρ ὁ λαμπρὸς οὗτος τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου κατὰ χάριν τοῦ Ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλῆρον· ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν. ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐπὶ κλίνης διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλῆρόν τινα γίνεσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι. εἶτ' ἄλλο τι τούτοις χείριστον προστίθησι τῶν τοῦ ἀνδρὸς ἀτοπημάτων, λέγων οὕτως. ποιήσας γὰρ τὰς προσφορὰς, καὶ διανέμων ἑκάστῳ τὸ μέρος, καὶ ἐπιδιδοὺς τοῦτο ὀμνύειν ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν τοὺς ταλαιπώρους ἀνθρώπους ἀναγκάζει, κατέχων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τὰς τοῦ λαβόντος, καὶ μὴ ἀφεὶς ἔστ' ἂν ὀμνύοντες εἴπωσι ταῦτα· τοῖς γὰρ ἐκείνου χρήσομαι λόγοις. ὄμοσόν μοι κατὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μηδέποτέ με καταλιπεῖν καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς Κορνήλιον. καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον αὐτῷ καταράσαιτο. καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκεῖνον τὸ Ἀμὴν, οὐκ ἐπανήξω πρὸς Κορνήλιον λέγει. καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν ταῦτα φησίν. ἤδη δ' ἴσθι γεγυμνῶσθαι καὶ ἔρημον γεγονέναι· καταλιμπανόντων αὐτὸν καθ' ἡμέραν ἑκάστην τῶν ἀδελφῶν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπανερχομένων. ὃν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος μάρτυς, ὁ παρ' ἡμῖν ἔναγχος μαρτυρήσας καλήν τινα καὶ θαυμαστὴν μαρτυρίαν· ἔτι ὢν ἐν κόσμῳ, κατιδὼν αὐτοῦ τὴν θρασύτητα καὶ τὴν ἀπόνοιαν, ἀκοινώνητον ἐποίησε σὺν τοῖς πέντε πρεσβυτέροις τοῖς ἅμα αὐτῷ ἀποσχίσασιν ἑαυτοὺς τῆς ἐκκλησίας. καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τῆς ἐπιστολῆς, τῶν ἐπὶ Ῥώμης παραγενομένων Ἐπισκόπων, τῆς τε τοῦ Νουάτου κατεγνωκότων ἀβελτηρίας, κατάλογον πεποίηται. ὁμοῦ τά τε ὀνόματα, καὶ ἧς ὁ καθεὶς αὐτῶν προηγεῖτο παροικίας, ἐπισημηνάμενος. τῶν τε μὴ παραγενομένων μὲν ἐπὶ τῆς Ῥώμης, συνευδοκησάντων δὲ διὰ γραμμάτων τῇ τῶν προειρημένων ψήφῳ, τὰς προσηγορίας ὁμοῦ καὶ τὰς πόλεις ὅθεν ἕκαστος ὁρμώμενος ἐπέστελλε μνημονεύει. ταῦτα μὲν ὁ Κορνήλιος Φαβίῳ Ἀντιοχείας Ἐπισκόπῳ δηλῶν ἔγραφε.

A ſed alterius Philoſophiæ deſiderio teneri. Paucis deinde tranſcurſis hæc iterum ſubjungit: Nam cum egregius ille vir Eccleſiam Dei reliquiſſet, in qua poſt ſuſceptum baptiſmum Preſbyteri gradum fuerat conſecutus, idque per gratiam epiſcopi, qui manus illi imponens eum ad Preſbyterorum ordinem evexit. Cui cum univerſus clerus multique ex populo refragarentur, eo quod non liceret quemquam ex iis qui urgente vi morbi in lectulo perinde ac ille, perfuſi fuiſſent, in clerum aſſumi; poſtulavit ab iis Epiſcopus,
B ut hunc ſolum ordinari à ſe paterentur. Poſthæc facinus quoddam ſubjungit omnium quæ ab illo commiſſa ſunt longè graviſſimum, ita ſcribens: Etenim oblatione facta, portionem ſingulis dividens: dum eam tradit, miſeros homines benedictionis loco jurare cogit, manus ejus qui portionem accepit, ambabus ſuis manibus comprehenſas retinens, nec prius dimittens quam jurati iſta dixerint: ipſis enim utar illius verbis: Jura mihi per corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, te nunquam meas partes deſertu-
C rum, nec ad Cornelium eſſe rediturum. Ita miſer ille non priùs guſtare ſinitur, quàm ſibi ipſe malum imprecatus ſit. Et cùm panem illum accipiens dicere debuiſſet Amen, ejus loco dicit: Non revertar deinceps ad Cornelium. Et poſt alia rurſus hæc addit: Scias porrò illum jam nudatum ac pene ſolum remanſiſſe; fratribus quotidie eum deſerentibus, & ad Eccleſiam redeuntibus. Quem etiam Moſes beatiſſimus martyr, qui nuper apud nos egregio & admirando martyrio perfunctus eſt; dum adhuc in
D vivis eſſet, audaciam ejus ac furorem perſpectum habens, à communione ſua ſeparavit una cum quinque Preſbyteris, qui ſe pariter cum illo ab eccleſiæ corpore abruperant. Sub finem autem epiſtolæ, numerum recenſet epiſcoporum qui in urbem Romam convenientes, amentiam Novati condemnaverāt, nomina quoque illorum, & quam quiſq; regebat eccleſiam adſcribens. Eorum item qui Romæ quidem minimè adfuerant, ſuperiorum tamen epiſcoporum ſententiam literis ſuis approbaverant, vocabula ſimul & civitates unde ſinguli literas dederant, accuratè commemorat. Et hæc quidem Cornelius Fabio Antiochenſi epiſcopo per epiſtolam inſinuavit.

A

## Caput XLIV.

*Narratio Dionyſii de Serapione.*

Huc refer Niceph. c.6. l.6.

Idem porrò Fabio Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus ſcribens, poſtquam & alia multa quæ ad pœnitentiam ſpectant in ſuis ad illum literis expoſuit, & martyrum qui recens Alexandriæ martyrium ſubierant, certamina commemoravit: Inter cetera facinus quoddam refert admiratione digniſſimum. Quod huic etiam hiſtoriæ noſtræ inſerere neceſſarium duxi. Eſt autem hujuſmodi: Unum tibi exemplum proponam quod apud nos contigit. Erat in hac urbe Serapion quidam ſenex è numero fidelium: qui reliquo quidem anteactæ vitæ tempore nulli culpæ obnoxius fuerat. Sed in perſecutione lapſus, ſæpenumero veniam petierat; nec quiſquam ei attendebat, eo quod ſacrificaſſet. Idem poſtea morbo correptus, vocis uſu ſenſuque omni carens triduo permanſit. Quarto demum die paululum recreatus, nepotem ex filia ad ſe vocat: & quouſque tandem, inquit, me detinetis, fili? Properate quæſo, & me quantocius abſolvite. Accerſe mihi unum ex Preſbyteris. Hæc cum dixiſſet, rurſus illum vox deſtituit. Puer ad Preſbyterum concurrit. Jam nox erat: Preſbyter autem ægrotabat. Sed quoniam in mandatis dederam, ut morituris ſi peterent, & maximè ſi antea ſuppliciter poſtulaſſent, venia indulgeretur, quò bonæ ſpei pleni ex hac vita migrarent; exiguam Euchariſtiæ partem puero tradidit, jubens ut in aquâ intinctam, ſeni in os inſtillaret. Redit igitur puer buccellam afferens. Et cum appropinquaret: priuſquam ingrederetur; recreatus iterum ſenex: Veniſti, inquit, fili. Ac Preſbyter quidem ipſe venire non potuit. Tu verò fac citius quod imperatum eſt: & dimitte me. Mox puer buccellam intinxit & in os ſenis infudit. Qui ea paulatim abſorpta, continuo animam exhalavit. An non igitur perſpicuè apparet, eum reſervatum fuiſſe, ac tantiſper in vita permanſiſſe, quoad reconciliaretur, & deleto jam crimine, pro multis quæ geſſerat bonis operibus à Chriſto agnoſci poſſet & prædicari. Hæc Dionyſius.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ΄.

Περὶ Σαραπίωνος ἱστορία Διονυσίου.

Τῷ δ' αὐτῷ τούτῳ Φαβίῳ ὑποκατακλινομένῳ πως τῷ σχίσματι, καὶ Διονύσιος ὁ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἐπιστείλας, πολλά τε ἄλλα περὶ μετανοίας ἐν τοῖς πρὸς αὐτὸν γράμμασι διελθών, τῶν τε κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἔναγχος τότε μαρτυρησάντων τοὺς ἀγῶνας διιὼν, μετὰ τῆς ἄλλης ἱστορίας, πρᾶγμά τι μεστὸν θαύματος διηγεῖται. ὃ καὶ αὐτὸ ἀναγκαῖον τῇδε παραδοῦναι τῇ γραφῇ, οὕτως ἔχον· ἓν δέ σοι τοῦτο παράδειγμα παρ' ἡμῖν συμβεβηκὸς ἐκθήσομαι. Σαραπίων τις ἦν παρ' ἡμῖν πιστὸς γέρων. ἀμέμπτως μὲν τὸν πολὺν διαβιώσας χρόνον. ἐν δὲ τῷ πειρασμῷ πεσών. οὗτος πολλάκις ἐδεῖτο, καὶ οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ, καὶ γὰρ ἐτεθύκει. ἐν νόσῳ δὲ γενόμενος, τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἄφωνος καὶ ἀναίσθητος διετέλεσε. βραχὺ δ' ἀνασφήλας τῇ τετάρτῃ, προσεκαλέσατο τὸν θυγατριδοῦν· καὶ μέχρι τίνος φησὶν ὦ τέκνον με κατέχετε· δέομαι σπεύσατε, καί με θᾶττον ἀπολύσατε. τῶν πρεσβυτέρων μοι ἕνα κάλεσον. καὶ ταῦτα εἰπὼν, πάλιν ἦν ἄφωνος. ἔδραμεν ὁ παῖς ἐπὶ τὸν πρεσβύτερον· νὺξ δ' ἦν, κἀκεῖνος ἠσθένει. ἀφικέσθαι μὲν οὖν οὐκ ἐδυνήθη. ἐντολῆς δὲ ὑπ' ἐμοῦ δεδομένης, τοὺς ἀπαλλαττομένους τοῦ βίου, εἰ δέοιντο, καὶ μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἱκετεύσαντες τύχοιεν, ἀφίεσθαι, ἵν' εὐέλπιδες ἀπαλλάττωνται, βραχὺ τῆς εὐχαριστίας ἐπέδωκεν τῷ παιδαρίῳ, ἀποβρέξαι κελεύσας. καὶ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιστάξαι. ἐπανῆκεν ὁ παῖς φέρων· ἐγγὺς δὲ γενομένου, πρὶν εἰσελθεῖν ἀνενέγκας πάλιν ὁ Σαραπίων, ἥκες ἔφη τέκνον· καὶ ὁ μὲν πρεσβύτερος ἐλθεῖν οὐκ ἠδυνήθη. σὺ δὲ ποίησον ταχέως τὸ προσταχθὲν, καὶ ἀπάλλαττέ με. ἀπέβρεξεν ὁ παῖς, καὶ ἅμα τε ἐνέχεε τῷ στόματι, καὶ μικρὸν ἐκεῖνος καταβροχθίσας, εὐθέως ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα. ἆρ' οὐκ ἐναργῶς διετηρήθη, καὶ παρέμεινεν ἕως λυθῇ, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἐξαλειφθείσης, ἐπὶ πολλοῖς οἷς ἔπραξε καλοῖς ὁμολογηθῆναι δυνηθῇ; ταῦτα ὁ Διονύσιος.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΕ΄.

*Ἐπιστολὴ πρὸς Νοουάτον Διονυσίου.*

Ἴδωμεν δὲ ὁ αὐτὸς ὁποῖα καὶ τῷ Νοουάτῳ διεχάραξε, ταράττοντι τηνικάδε τὴν Ῥωμαίων ἀδελφότητα· ἐπειδὴ οὖν τῆς ἀποστασίας καὶ τοῦ σχίσματος πρόφασιν ἐποιεῖτο τῶν ἀδελφῶν τινάς, ὡς δὴ πρὸς αὐτῶν ἐπὶ τοῦτ' ἐλθεῖν ἐκβεβιασμένος, ὅρα τίνα τρόπον αὐτῷ γράφει. Διονύσιος Νοουάτῳ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν. εἰ ἄκων ὡς φῂς ἤχθης, δείξεις ἐὰν ἀναχωρήσῃς ἑκών. ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ διακόψαι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. καὶ ἦν οὐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία, κατ' ἐμὲ δὲ καὶ μείζων. ἐκεῖ μὲν γὰρ ὑπὲρ μιᾶς τις τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἐνταῦθα δὲ ὑπὲρ ὅλης τῆς ἐκκλησίας μαρτυρεῖ. καὶ νῦν δὲ εἰ πείσαιο ἢ βιάσαιο τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, μεῖζον ἔσται σοι τοῦ σφάλματος τὸ κατόρθωμα· καὶ τὸ μὲν οὐ λογισθήσεται. τὸ δὲ ἐπαινεθήσεται. εἰ δὲ ἀπειθούντων ἀδυνατοίης, σῴζων σῷζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν. ἐρρῶσθαί σε ἐχόμενον τῆς εἰρήνης ἐν Κυρίῳ εὔχομαι. ταῦτα καὶ πρὸς τὸν Νοουάτον.

## Caput XLV.

*Epiſtola Dionyſii ad Novatum.*

SEd videamus cujuſmodi literas idem Dionyſius ſcripſerit ad Novatum, qui tunc temporis Romanam Eccleſiam conturbabat. Quoniam igitur ille defectionis & ſchiſmatis cauſam in quoſdam fratres conferebat, à quibus ſe invitum eò impulſum fuiſſe cauſabatur, attende qualiter ad illum ſcribat: Dionyſius Novato fratri ſalutem. Si quidem invitus, ut aſſeris, eò adductus es, id nobis oſtendes tua ſponte redeundo. Satius quidem fuerat quidvis pati ne Eccleſia Dei diſcinderetur. Nec minùs glorioſum fuiſſet idcircò ſubire martyrium, ne eccleſiam ſcinderes, quàm ut ne idolis ſacrificares. Immo illud meo quidem judicio illuſtrius fuiſſet. Hîc enim pro ſua unius anima: illic pro omni eccleſia martyrium quis ſuſtinet. Si tamen vel nunc perſuaſeris fratribus, aut eos coëgeris ut ad concordiam redeant, majus tibi meritum erit quàm culpa. Et hæc quidem non imputabitur: Illud verò prædicabitur. Quod ſi fratribus parere recuſantibus id efficere non potes, tuam ipſe animam ſerva. Opto te paci ſtudentem in Domino bene valere. Hęc Dionyſius ad Novatum ſcripſit.

Huc refer Niceph. l. 6 c. 4.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μϛ΄.

*Περὶ τῶν ἄλλων Διονυσίου ἐπιστολῶν.*

Γράφει δὲ καὶ πρὸς τοὺς κατ' Αἴγυπτον ἐπιστολὴν περὶ μετανοίας· ἐν ᾗ τὰ δόξαντα αὐτῷ περὶ τῶν ὑποπεπτωκότων παρατέθειται, τάξεις παραπτωμάτων διαγράψας. καὶ πρὸς Κόνωνα. τῆς Ἑρμουπολιτῶν δὲ παροικίας Ἐπίσκοπος ἦν οὗτος. ἰδία τις περὶ μετανοίας αὐτοῦ φέρεται γραφή· καὶ ἄλλη ἐπιστρεπτικὴ πρὸς τὸ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ποίμνιον αὐτοῦ. ἐν τούτοις ἐστὶ καὶ ἡ περὶ μαρτυρίου πρὸς τὸν Ὠριγένην γραφεῖσα. καὶ τοῖς κατὰ Λαοδίκειαν ἀδελφοῖς, ὧν προΐστατο Θηλυμίδρης Ἐπίσκοπος. καὶ τοῖς κατὰ Ἀρμενίαν ὡσαύτως περὶ μετανοίας ἐπιστέλλει, ὧν ἐπεσκόπευε Μερουζάνης. πρὸς ἅπασι τούτοις, καὶ Κορνηλίῳ τῷ κατὰ Ῥώμην γράφει, δεξάμενος αὐτοῦ τὴν κατὰ τοῦ Νοουάτου ἐπιστολήν· ᾧ καὶ σημαίνει δηλῶν ἑαυτὸν παρακεκλῆσθαι ὑπό τε Ἑλένου τοῦ ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας Ἐπισκόπου, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν σὺν αὐτῷ. Φιρμιλιανοῦ τε τοῦ ἐν Καππαδοκίᾳ,

## Caput XLVI.

*De aliis Dionyſii epiſtolis.*

SCripſit etiam ad fratres per Ægyptum conſtitutos epiſtolam de pœnitentia: in qua & ſuam de lapſis ſententiam exponit, & criminum gradus diſtinguit. Exſtat etiam peculiaris ejus liber de pœnitentia ad Cononem Hermopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopum. Alia item objurgatoria epiſtola ad gregem ſuum Alexandriæ. Eſt & libellus de martyrio ad Origenem ſcriptus. Epiſtola quoque ad fratres Laodicenſis Eccleſiæ cui præerat Thelymidres Epiſcopus: & ad Armenios ſimiliter de pœnitentia, quorum Epiſcopus erat Meruzanes. Scribit prætera ad Cornelium Romanæ urbis Epiſcopum, cujus literas adverſus Novatum ſcriptas acceperat. In qua quidem epiſtola ſignificat ſe ab Heleno Tarſi Ciliciæ Epiſcopo, & à ceteris qui cum illo convenerant: Firmiliano ſcilicet Cappadociæ,

Huc refer Niceph. c. 6. l. 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A & Theoctiſto Palæſtinæ Provinciæ epiſcopis invitatum fuiſſe, ut ad Synodum Antiochenam occurreret, in qua quidam Novati ſchiſma confirmare tentabant. Scribit etiam ſibi nuntiatum fuiſſe, quod Fabius quidem diem extremum obiiſſet, Demetrianus verò in ejus locum epiſcopus Antiochenæ eccleſiæ eſſet conſtitutus. Sed & de Hieroſolymorum epiſcopo mentionem facit his verbis: Quod enim ad Alexandrum ſpectat, is in carcerem conjectus, beato exitu defunctus eſt. Sequitur deinde altera ejuſdem Dionyſii epiſtola ad fratres Romæ conſtitutos, per Hippolytum miſſa: de officio Diaconi. B Alteram item ad eoſdem epiſtolam ſcribit de pace, & pariter de pœnitentia. Rurſus aliam ad confeſſores ibidem conſtitutos, qui Novati ſententiæ etiamtum favebant. Duas quoq; alias ad hos ipſos epiſtolas miſit, poſteaquam ad eccleſiam rediiſſent. Alias quoque complures ad diverſos ſcripſit epiſtolas, ex quibus quicumque illius operum ſtudioſi ſunt amatores (ſunt autem etiamnum plurimi) multiplicem percipere poſſunt utilitatem.

*Explicit Liber ſextus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.*

καὶ τοῦ κατὰ Παλαιστίνην Θεοκτίστου, ὡς ἂν ἐπὶ τὴν Σύνοδον ἀπαντήσοι τὴν κατὰ Ἀντιόχειαν, ἔνθα τοῦ Νοουάτου κρατύνειν τινὲς ἐπεχείρουν τὸ σχίσμα. πρὸς τούτοις ἐπιστέλλει μεμηνῦσθαι αὐτῷ Φάβιον μὲν κεκοιμῆσθαι. Δημητριανὸν δὲ διάδοχον ἐκείνου τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν Ἐπισκοπῆς καθεστάναι. γράφει δὲ καὶ περὶ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις, αὐτοῖς ῥήμασι φάσκων. ὁ μὲν γὰρ μακάριος Ἀλέξανδρος ἐν φρουρᾷ γενόμενος μακαρίως ἀνεπαύσατο. ἑξῆς ταύτῃ καὶ ἑτέρα ἐπιστολὴ τοῖς ἐν Ῥώμῃ τοῦ Διονυσίου φέρεται διακονική, διὰ Ἱππολύτου. τοῖς αὐτοῖς δὲ ἄλλη περὶ εἰρήνης διατυποῦται· καὶ ὡσαύτως περὶ μετανοίας· καὶ αὖ πάλιν ἄλλην τοῖς ἐκεῖσε ὁμολογηταῖς, ἔτι τῇ τοῦ Νοουάτου συμφερομένοις γνώμῃ. τοῖς δὲ αὐτοῖς τούτοις, ἑτέρας δύο μεταθεμένοις ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐπιστέλλει. καὶ ἄλλοις δὲ πλείοσιν ὁμοίως διὰ γραμμάτων ὁμιλήσας, ποικίλας τοῖς ἔτι νῦν σπουδὴν περὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ ποιουμένοις καταλέλοιπεν ὠφελείας.

Τέλος τοῦ ϛ´ λόγου τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας.

Τάδε καὶ ἡ ἑβδόμη περιέχει βίβλος τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας.

α´ Περὶ τῆς Δεκίου καὶ Γάλλου κακοτροπίας.
β´ Τίνες οἱ κατὰ τούσδε Ῥωμαίων Ἐπίσκοποι.
γ´ Ὅπως Κυπριανὸς ἅμα τοῖς καθ᾽ αὐτὸν Ἐπισκόποις τοὺς ἐξ αἱρετικῆς πλάνης ἐπιστρέφοντας λουτρῷ δεῖν καθαίρειν πρῶτος ἐδογμάτισεν.
δ´ Ὁπόσας περὶ τούτου Διονύσιος συνέταξεν ἐπιστολάς.
ε´ Περὶ τῆς μετὰ τὸν διωγμὸν εἰρήνης.
ϛ´ Περὶ τῆς κατὰ Σαβέλλιον αἱρέσεως.
ζ´ Περὶ τῆς τῶν αἱρετικῶν παμμιάρου πλάνης, καὶ τῆς θεοπέμπτου ὁράσεως Διονυσίου, οὗ τε παρείληφεν ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος.
η´ Περὶ τῆς κατὰ Νοουάτον ἑτεροδοξίας.
θ´ Περὶ τοῦ τῶν αἱρετικῶν ἀθέου βαπτίσματος.
ι´ Περὶ Οὐαλεριανοῦ, καὶ τοῦ καθ᾽ αὐτὸν διωγμοῦ.
ια´ Περὶ τῶν τότε Διονυσίῳ καὶ τοῖς κατ᾽ Αἴγυπτον συμβάντων.
ιβ´ Περὶ τῶν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης μαρτυρησάντων.
ιγ´ Περὶ τῆς κατὰ Γαλλιηνὸν εἰρήνης.
ιδ´ Οἱ κατ᾽ ἐκεῖνο συνηκμακότες Ἐπίσκοποι.
ιε´ Ὅπως κατὰ Καισάρειαν Μαρῖνος ἐμαρτύρησεν.